Quod DEUS benè vortat!

XLV.

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE JURE AGGRATIANDI,

Ad tot. tit. Cod. de sentent. pass. & restit. l. 2. & fin. C. de general. abolit. l. 7. C. de prec. Imperat. offer. l. 3. C. de episc. audient. l. 4. l. 5. §. 2. l. 31. §. un ff. de pœn. Et c. ult. §. fin. 2. q. 3. ad c. contumaces 21. dist. 50. ad c. quisquis 2. q. 8. ad c. si quis insaniens 15. q. 1.

Quam

D. T. O. M. A.

Ex Decreto

Magnifici JCtorum Collegii

In Electorali Academiâ Francovadanâ

sub umbone

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi

VIRI

DN. JOACHIMI DECHERI,

JCti celeberrimi, Codicis Justinian. P. P. & p. t. prædicti Collegii Decani Spectatissimi, Domini Patroni & Promotoris sui undiquaquè magni, ætatèm devenerandi,

Pro Licentiâ

Doctoris in utroque Jure Gradum

assumendi

Publicæ eruditorum disquisitioni


subjicit

THEODORUS SECURIUS,

Sangerhusâ Thuringus,

Ad d. XVII. Junii in Auditorio Juridico,

Horis ante & postmeridianis.



Francofurti Marchionum

Typis ERASMI RÖSNERI, *Elect. Brand. Typogr.*

Anno M DC LVIII.

REVERENDISSIMI, SERENISSIMI AC CELSISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI

DN. AUGUSTI,

ARCHIEPISCOPATUS MAGDEBURGENSIS
ADMINISTRATORIS POSTULATI,
PRIMATIS GERMANIÆ, DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ac MONTIUM,
LANDGRAVII THURING. MARCHIONIS MISNIÆ, ac UTRIUSq; LUSATIÆ,
COMITIS MARCÆ ET RAVENSPURGI, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN,
PRINCIPIS AC DOMINI SUI CLEMENTISSIMI
FILIIS AUGUSTISSIMIS
NATU MAXIMO, MAJORI, MINORI,

Dn. JOHANNI ADOLPHO,
Dn. AUGUSTO,
Dn. CHRISTIANO,

DUCIBUS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM,
LANDGRAVIIS THURINGIÆ, MARCHIONIBUS MISNIÆ AC UTRIUSq; LUSATIÆ,
COMITIBUS MARCÆ ET RAVENSPURGI, DYNASTIS IN RAVENSTEIN,
PRINCIPIBUS AC DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS
DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM
EX DEBITISSIMA ET SUBJECTISSIMA ANIMI DEVOTIONE
HUMILLIME OFFERENDO
CONSECRAT
AUTOR.

Trinitate SS. Tribuente.

POSIT. I.

IN materiâ restitutionis in integrum, quæ ex officio judicis ob justam causam vel ætatis miserationem, *ut l. quod si minor §. restitutio ff. de minor.* de jure conceditur, mentio sæpe fit ejus restitutionis, quæ ex merâ & solâ gratiâ Principis indulgetur, *de quâ loquuntur Imper. in l. 1. & l. fin. C. de Sentent. pass. & JurisConsult. ff. eodem per totum, & Dd. in l. Gallus § & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* eamq; malefici, deportati seu banniti hodiè, atque rebelles Principum ab ipsis Principibus ex solâ & merâ gratiâ & liberalitate eorum sæpissimè obtinere solent, non quod aliqua causa justa, quæ lege caveatur, cum pro justitiâ & de jure cogant, sed quia ita humanitas eorum, & gratia & liberalitas compellit. *Sfortia Oddus de restit. in integr. part. 2. q. 91. art. 1. n. 4. & dicit Ludov. Gomez in § rursus, num. 2. in fin. Instit. de Action* quod à Principe ex miseratione conceditur: in quo tamen jure suo utitur, legem enim autoritate æquat Princeps, qui omne jus populi in se privativè translatum accepit *§. sed & Inst. de J. G. N. & C.* cujus hodiè circa hanc materiam voluntas prævalet. Apud omnes verò gentes æqualiter hoc servatur, ut Principes interdum in integrum restituant ad patriam, honores, & bona eorum rebelles, & exules, prout ex historiis Græcorum & Romanorum manifestè apparet. *Oddus d. l. art. 1. n. 6.* Hinc ea ipsa restitutio *Principis beneficium* jure optimo nuncupari & *favorabile remedium* dici potest; ideoque latissime interpretandum & extendendum *per leg. pen. ff. de const. ut post Bart. & Hippol. de Marsil. in l. 1. § si quis ultrò, ff. de quæstionibus Aldobr. in § 1. n. 46. Instit. quibus modis jus patriæ potest. solvitur. Alexand. cons. 192. num. 1. lib. 2. Decius cons. 413. num. 6. Roland à Valle cons. 1. num. 11. lib. 1. Carol Tap. de constitut. princ. in rubr. c. 7. num. 4.* Et cum gratia sola Principis sit causa, quare concedatur, magistrali vocabulo *aggratiatio* vocatur. Nihil aliud tamen est, quàm *remissio pœnæ*, quæ à Principe solùm fieri solet, non quidem ea, quando ita svadeat justitia, licet non cogat, vel æquitas, si causa ipsum delictum minuens exposcat, licet rigor non præcipiat, *de quâ in l. 1. § 1. ff. de quæst.* sed ea, quando nullus vel rigor vel æquitas svadeat, sed ex solâ sui humanitate Princeps moveatur ad restituendum & gratiam delicti faciendam. *Oddus d. l.*

d. l. art. 3. n. 26. Unde etiam ista restitutio, quando Princeps aliquem ad aliquid restituit, & illum in pristinum statum vel quoad omnia, vel quoad aliqua reponit, si ex humanitate tantùm, non autem aliquo jure compellente faciat, dicitur *Indulgentia*; Si nimirum hoc verbum in genere sumatur, *prout accipitur in §. 1. Instit. quibus modis jus patr. potestas. solv. & clarè colligitur etiam ex intentione. Salyc. in l cum indulgentia, in princ. vers. nec obstat. C. de Sent. pass. l. 6. § pen ff de injust. rupt & irr. Testam. Oddus d. l. art. 3. n. 21.* quæ quidem indulgentia in genere sumta comprehendit sub se restitutionem, & indulgentiam in specie sumtam; illa verò indulgentia in specie sumta, non est idem quod restitutio, sed quid minus, nam restitutio est repositio in pristinum statum quoad omnia *ut l. 1. C. de Sentent. pass.* Indulgentia verò in specie sumta est condonatio pœnæ tantùm *Oddus d. l. n. 23.* de quâ propriè & principaliter est futurus omnis sermo noster. Hæc si vivâ Principis voce conceditur, *Oraculum* quandoque dicitur, *l. fin. C. de petitionibus bonorum sublatis lib. 10.* item, præsertim si in scriptis fiat, *aggratiatio* communiter salutatur, Item *Gratia*, quia per illam gratis aliquid conceditur *c. gratia 1. q. 1. Alex. cons. 7. lib. 7.* & ita dicitur antè executionem, sicuti post executionem, *Gemin. cons. 65. n. 5. vers. in contrar. Tusch. concl 51. n. 6. lit. G.* Germanis est Gnade/ vel Begnadigung/ *prout eam vocat. Besold in thesaur pract. lit. B num. 21. & lit. G. num. 71.* quæ ex solâ commiseratione proficiscitur, prout in plurimis Sententiis diversorum Collegiorum condemnatoriis videre licet, Wofern die hohe Obrigkeit oder Landesfürstliche Obrigkeit des Orts dem Gefangenen nicht Gnade erzeigen wolte. Et quamvis pœnam non facilè remitti publicè intersit, ne ad maleficia temerè quisquam prosiliat, *l si operis 14. C. de pœnis*, accidit tamen, ut Princeps potens absque ullo Justitiæ præjudicio punire, ac non punire, vel punire mitiori pœnâ, sæpiusculè eligat non punire aut punire mitiori pœnâ: *Molina de Just. & Jure tract. 3 disp. 48. n. 14.* idque ex gratiâ & potestate illâ absolutâ, quam cum legibus parem & communem habet, quæque se potissimùm inter ipsius regalia primo loco exserit. *Farin. pr. crim. lib. 1. tit. 1 q. 6 n. 2. per l. relegati de pœn. Tessaur. decis. 21. pr. Bodin. de Republ. l. 1. c. 10. n. 104. & quos citat. Heig. p. 2 q. 22. n 6.* Exsurgit itaque ex allegato regalium jure jus istud aggratiandi, quo ejusmodi Principes gaudere præprimis solent, cujus definitionem subsequentibus damus verbis. *Jus aggratiandi est*

§. 2. *jus Majestatis; quo is qui jura Majestatis habet; delictorum pœnas præter legum authoritatem ex potestate summâ tollere vel in mitiorem mutare potest.* Ratione quidem publicæ utilitatis delicta minimè impunita remanere debent, quod omnes ferè exclamant *per text. in l. locatio §. quod illicitè, 5. ff. de publ. & vectigal. l. ita vulneratus 51. §. fin. ff. ad. L.*

ad. l. Aquil. Ex quo pœnam jure determinatam reis delinquentibus infligendam esse, satis evincitur. Omnino tamen Magistratus illi, quibus regalia ac jura territorialia competunt ex absolutâ potestate criminis admissi gratiam facere, reisque pœnæ veniam indulgere possunt. *Carpz. pr. crim. p. 3. quæst. 150. n. 8* sic *ex l. rescripta 7. C. de precibus Imperat. offerendis excellentissimus Dominus Decherus JCtus celeberrimus, & Præses hujus disputationis splendidissimus, membr. 2. artic. 2. conc. 42. n. 32. disputationis suæ ad hunc titulum optimè infert*, Jus indulgendi crimina dari, & competere illi, cujus est posse promulgare rescripta, Cui illud est consonum quod *Petrus Heigius part. 2. quæst. 22. n. 6.* profert; Nihil verius est neque justius, quam pœnæ remissionem Principi supremo competere, qui hoc jus aggratiandi propterea sibi reservavit, ut benignitatis & Clementiæ laudem consequeretur, subditorumque amorem sibi conciliaret, ac populi invidiam, quæ aliâs nimiâ asperitate contrahitur, à se derivaret; neque enim Princeps illustriorem gloriam unquam referre potest quâm ex clementiâ. *Antimach. lib. 3. pag. 600. & 657.* Et nihil facit, quod dicitur, pœnam remittere vel mitigare esse contra legem aliquid facere. *Innoc. in c. cum P. Tabellio num. 2. de fide Instrument.* Princeps siquidem supremus, vel qui supremi jura obtinet, legibus solutus est, *l. Princeps ff. de legib. l. indigna vox C. eod.* Ejusmodi autem in- §. 3.
dulgentia vel delictorum remissio à Principe duplici fit ratione, vel generaliter, & fit certâ lege aut statuto, ut qui in tali bello inservierint, aut in tali vel tali propugnaculo hostibus propinquo tanto vel tanto tēpore suis sumtibus servierint, talia vel talia delicta sint eis remissa. Vel particulariter, & hæc fieri solet à Principe absq; lege, ut quando Rex ex obtento aliquo regno ingreditur de novo aliquam civitatem, solet vinctis illius civitatis, qui accusatores non habent, & quorum delicta non sunt enormia, & quæ Reipubl. minimè expediat manere impunita, parcere, condonando illis ea delicta, aut quando reversus partâ victoriâ insigni, aut quando filius valdè optatus, regnoque necessarius, aut ob aliud ingens gaudium, parcit similiter vinctis alicujus civitatis: aut quando multi offenderunt pugnando adversus aliquem Principem: Eis enim debellatis, solet Princeps ad secundam provinciam, in bonumque commune, parcere generaliter aut omnibus, aut paucis aliquibus exceptis, qui in majori fuerunt culpâ, aut de quibus minus fidendum sit. Aliis etiam similibus de causis solent Principes facere remissiones criminum generales interdum magis amplas, interdum verò minus amplas: quod ex legibus, seu statutis, aliisque instrumentis seu verbis, quibus eas concedunt, est intelligendum *Molina d. l. tr. 3. disp. 48. n. 1.* Utramque indulgentiam *Jul. Clarus in §. fin. q. 59. n. 4. in fin. ver. scias autem*, ita discriminat, ut specialem, quæ suprà certo conceditur delicto, literas gratiæ, generalem verò, quæ à Principe ex causâ lætitiæ oboritur, appellet decretum gratiosum. *Tusch. concl. 51. n. 3. & 4. lit. G.*

§. 1. Spectat verò hæc remissio venialis in tantum ad superioritatem, ut penes illam solùm resideat; & tantummodò imperialia & regalia jura habenti reservata intelligatur, *uti post Marcum Anton Peregrin. de jure Fisci lib. 5. tit. 2. n. 1. & seq. Anton. Tessaur decis. pedem. 21. in princip. Prosper. Farinac. lib. 1. prax. crim. q. 6 num 1.* Factum exinde est, ut Carolus V. Imperator, licet Mediolanensi Senatui potestatem concesserit ferè regiam, delictorum tamen veniam largiri, aut literas salvi conductus criminum reis dare, excepit singulatim *Johann Bodin lib. 1. de Republ. c. 8. & 10.* Idque nec Regis matri concedi posse sine Majestatis detrimento, curia judicavit Lutetiana. *Bodin. d. l.* Quo etiam Tiberius Imper. respexit, qui asyla sustulit, ut gratia servatorum solis Principibus accepta referretur. *Tacit. 3. annal.* Profluit

§. 2 itaque ex his I. Conclusio. Restitutionem & pœnarum remissionem tantùm ad Principem pertinere *l. 7. & 10 C. de sent. pass. & restitut. l. 27. pr. de pœnis & post Bald. Caccheran. decis. 101. Joan. Petr. Surd. cons. 53. ex decreto num. 8. Paris. cons. 1 in pr. n. 1. & 2. lib. 4. Excellentissimus Dominus Decherus d. l.* cui liberum est sententias suorum revocare & immutare, quâ tamen licentiâ non utitur Princeps sine magnâ causâ, quod remissiones pœnarum ponant morale occasionem multiplicationis criminū, quia secundùm dictum Stratoclis, ignoscendo nocentibus, innocentium salus custodiri non potest. Ut rectè dixerit Lycurgus, nocentium remissione improborum studia ad peccandum excitari: *& Pontifex in Clement 1. de celebrat. Missar.* quod spes impunitatis multùm consveverit nutrire pestilentiam in subditis. Ut proptereà Principes deceat esse parcos in remittendis criminibus, & non dimittere facinorosos, aut potestatem remittendi, aut condonandi pœnas aliis permittere, nisi magna causa postulet; cogitent potiùs, quod non sui juris sint, sed DEI ministri, *Roman. 13 vers. 4.* nec suum, sed DEI judicium exerceant *2. Paralip. 19 vers. 6 Arnisa. de jure Majestat. lib. 2. cap. 3. num. 7. pag. 164.* de jure ergò alieno, non de suo & proprio largiri videntur, si maleficis & nocentibus debitas pœnas indistinctè condonant. *Eckard. de ord. eccles. & polit part. 3. c. 2 quæst. 3.*

§. 3. II. Conclus. Restitutionem & remissionem pœnarum, seu Jus aggratiandi, reisq; pœnæ veniam indulgendi, dùm soli Principi competit, rectissimè inter regalia seu jura majestatis referri. Quam sententiam ceu veriorem ac communem tàm politici quàm JCti amplectuntur. *Prosper. Farinac. in pr. crim. lib. 1. tit. 1. quæst. 6. n. 2. per l. relegat. l. ad bestias 31. §. ex provincia, ff. de pœn. Johann Bodin. lib 1. de Republ. cap. 10. n. 164. Anton.*

§. 4. *Peregrin. de Privil. Fisci, l 5. tit. 2. n. 1. & seqq.* III. Concl. Imperatorem ideoq; Romanum, qui tanquam stella matutina inter omnes Principes & Reges eminet, *Anon. JCtus VVestph. de jure princip. concl. 83.* & omnes

omnes quotquot in universo terrarum orbe sunt, Reges meritò antestat. *Petrus de Andlo, de Imp. Roman. lib. 2 cap 8. Petr. Syr, de pac. Relig lib. 15. Bernh. Zeritz in comment, de Princip. inter ips. dign. præeg.* ob summam quam habet majestatem, pœnas mitigare, vel planè remittere posse.

IV. Conclus. Idem verum esse de Pontifice Romano, si intra ditionis suæ pomœria permaneat, siquidem in terris suis superiorem non recognoscit, & sic summam, legibusq; solutam habet potestatem, omniáque ea, quæ monarcha, exercere potest. *Afflict. in c. 1. n. 2. quæ sint regalia. Peregrin de jure & privil. Fisci. Paris. cons. 1 n. 1. Vol. 4.* §. 5.

V. Conclus. Statibus Imperii quoque Jus remittendi pœnas, jure territoriali competere, ac proinde eos non minus, ac ipsum Imperatorem reis pœnæ veniam largiri posse. *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 10. n. 164. & siqq.* Idem enim sunt in suo territorio quod Imperator in imperio, idque tutissimè asserunt *VVesenb. cons 27 n. 19. Pruckman. §. soluta potestas C. 4. n. embr. 3. effect. 10. Rosenthal de Feud. c. 5. concl. 13. Andr. Gail. de pac. publ l. 1. c. 6. num. 10. Johan Borch. ad c. 11. quæ sint Regalia num 60. VVaremund ab Ehrenberg de subsid. regn. c. 15. n. 15. Ventur. de Valent. in parthen. litigios. lib. 1. cap. 2. num. 6.* §. 6.

VI. Conclus. Imperiales civitates Jus aggratiandi & pœnas delictorum capitalium remittendi ex anteà deductis rationibus itidem habere. *Vid. Oddus d. l. part. 2. quæst. 92. art 9. Klock. Vol. 1. cons 37. num. 66 & 67. Andr. Gail lib. 2. pract. Observ. 57 n. 7. & de pac. publ. lib. 1. cap 6. num. 11. & in tract. de arrest. cap. 9. n. 1.* Quicquid alii in contrarium disputent, cum revocare in dubium potestatem civitatum habentium jura regalia sit revangare mundum. *Ita post Baldum ait Tib. Decian. cons. 18. n. 124 Vol. 1.* §. 7.

VII. Conclus. Barones, comites feudatarios, & alios inferiores à Principe, superiorem recognoscentes, nullam habere aggratiandi facultatem in delictis capitalibus, quoad pœnam corporalem, quia illa apud solum Principem residet, licet secus sit quoad bona & pœnas, quæ eis applicantur, quas remittere & condonare non prohibentur *per l. relegati, ff. de pœn. Bar. in l. acta 45. §. de amplianda, n. 2 ff de re judic. Jacob. de S. Georg. in suâ invest it. feud. in Vers. cum mero & mixto Imperio num. 8. Mart. Laudem. in tr. de Principe Vers. 219. Gabr. Saray in addit ad Matthes. in sing. 43. n. 8.* §. 8.

Nec illos juvare potest, quod merum Imperium habeant, siquidem merum Imperium à regalibus multùm differt, nec hæc alij competunt, nisi qui majestatem habet. *Henning. Arnis de jurib majestatis major. cap. 2. num. 1. & 2. Regn. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 2. num. 3. Thom. Michael de jurisd. et. imper. Roman concl. 8. Herm Kirchner. de Republ. disp 2. §. 4.* aut jura hæc fiscalia peculiari quodam titulo acquisivit. *Sixtin. lib. 1 de Regal. c. 5. n. 2. Becer. de regal. cap 4* §. 9.

quod verò *Cynus in l. servos in fin. C. de vi publ. Tiraquell. de pœn. n. 22. in proœm.* nonnullis Baronibus potestatem aggratiandi attribuere videantur, §. 10.

non

non tamen de jure sed facto loqvuntur, & non de omnibus, sed quibusdam intelligendum est; nec negamus dari quosdam Barones, quorum potentia & autoritas in imperio plus habet ponderis, quàm alibi Principum & Ducum, attestatur id ipsum *Francisc.Carol.Dux Saxon.in Orat.pro Germ. apud Frider. Achil in eo isu't.de Princip.inter prob.Europ.* & hi iisdem juribus ac regalibus in suis territoriis utuntur, quæ Imperator in Imperio tenet, quæque alibi ducibus & Principibus vix competunt. *Cluten.in Syllage rer. quotid.concl.27.Tob.* Pauermeister *de jurisdict.Imper.Rom.lib.2 fin.cap. Henri-*

§.11. *cus Bruning. de var uniberf.speciebus concl. 19. Johann. Dauth. in Miscell.quæstion.jur. publ. quæstion. 1.* Imo & Barones & Feudatarii quandoque facultatem aggratiandi impunè exercere possunt, quando illa in investiturâ ipsis expressè concessa est. *Secundum Boss. in tit. de remed. ex solâ clement. Princ.*

§.14. *num.52.* VIII. Concl. Nec nobiles in pagis & magistratus oppidanos in civitatibus municipalibus pœnas ex suo arbitrio remittere vel immutare posse, ex causâ scilicet extrinsecâ, benè tamen ex causâ intrinsecâ minuente delictum ipsum. *Prosp Farin.in pr. crim lib.1.tit.1.quæst.6 n.2.& seqq. Petrus Heig part.1.quæst 22.num.21-Jacob de S. Georg. de feud.Verb. Princeps. num.8.Jacob.Menoch.de arb.jud quæst.lib.1.quæst.91.Ægid. Boss.in Pract. tit.de citat.n.39 Anton.Faber.in Cod.lib.9.tit.24.def.8.Jul.Clar.lib.5. Sent. §.ult. quæ-*

§. 13. *stion. 85. num.10* Possunt tamen, si bono communi expediat, ob excellentiam nimirum scientiæ, fortitudinis aut insignis peritiæ differre executionem pœnæ quousque Princeps consulatur, num eâ vel aliâ de causâ extrinsecâ remittere crimen velit delinquenti, saltem pœnam mortis illi commutando in aliam, ut utilis valdè Reipublicæ maneat, *juxta l. ad bestias ff. de pœn,* & si è re hujus sit, faciliori postmodum negotio magistratus superior pœnam delinquentis commutare potest in mitiorem. *Oddus de restit, in integr.part.2.q.91.art.3.Nathen de bulnjust,part.1,tit.3.c,14.* IX. Concl.

§.14. Nec cuivis inferiorum judicum, pœnam jam sancitam minuere vel commutare, competere. *l.4 ff.de pœn.l.1.§ fin. de quæst. Bart.in l. 3. eod. Bald. in l. Servos C.de vi publ.Dec.c.de causis,num.18.de offic.delegat.& Jul.Clar.lib.5.Sentent.§.fin.q 88. n.10. & idem censuit Jas. in l.1. num.8.C.de precib. Imper. offer.* cum illis minimè licitum sit sententias suas revocare & immutare *l.15.55.& 62.ff.de re judic.* quia dictâ sententiâ officio suo functi sunt & desinunt esse judices. *Perez in Cod lib.9 tit.51.n.1. Peregrin. de jure Fisci lib.5. tit. 2. in princ. l. judex posteaquam 55. ff. de re judic.* Inferior autem judex, si in criminalibus sine causâ pœnam minuerit, fit infamis *l.8.§.2.C.ad l.Jul de vi publ Dec. in c.de causis.de offic. delegat. Neviz. in Sylv. nupt. §. non est nubendum. num. 71. Andr Gail. de pace publ. lib.2 cap.9. n. 25.* vel eadem pœnâ punitur quâ reus *l.3.in fin.ibi,nisi ipse id pati velit, quod aliis dissimulando concessit.C.ne Sanct.Baptism.reiter. Andr.Isern. in c,1.tit quæ sunt regal.* ubi per hoc dicitur, Carolum primum, Neapolitanorum Regem, jussisse laqueo judicem suspendi quendam qui homicidium pœnâ manus tantùm puniebat. Cujus rei etiam

memi-

meminit post *Isern. Afflict. & alios nonnnullos, Jul. Clar. l. 5. sent. §. fin. q. 85. n. 10.* Talem Judicem verò eadem pœnâ puniri volunt *per l. 1 in fin. l. Christ. in fin. C de pagan l. fin. C ad leg. Jul. de vi publ. c. ut clericorum 13. X. de vit. & honestate cler. Prosper. Farin in prax. crim. lib 1. tit. 3. q. 17. n. 6 Menoch. de arbitr. Jud. quastion. lib. 1 quaest. 96. num. 11. Mynsing. 2. observ. 54. & 30. n. 3. H. Hermes in not. ad VVesenb. tit. d. pœn. l. 1. L.* Vel amissione bonorum plectitur *l. 1. C. de desert. l. 12.* vel demum exilio & decem libris auri mulctatur, *text. in novell. 116. Andr. Tiraquell dict proœm. n. 13. & 14.* Hic notanda veniunt verba *glossa germ. in art. 69. lib. 1.* Land-Rechts *num. 3.* quibus luculenter probatur in foro Saxonico judici pœnam legibus indictam in aliam commutare non licere. §. 15. Ich sage dir auch du Richter / legst du einem überwundenem Mann einen andern Tod an / als den / welchen ihm das Recht gibt und zu theilet / ob er auch wol darumb bittet / so bist du an seinem Blut und an seiner Seele schuldig. An seinem Blut bist du schuldig darumb / daß du ihn aus deinem selbst eigenem Willen oder Rath tödtest / und nicht durch das Urthel: Als ob ihm durch Urthel und Recht das Rad were zugetheilet worden / und du liessest ihm das Haupt abschlagen / ob er wol selbst darumb gebeten hätte / denn du hast dessen keine Gewalt / daß du Gottes Creatur tödten mögest nach deinem Sinn / sondern das Recht / das Gott gegeben hat / mag alleine seine Creatur tödten / und du nicht ꝛc. Hanc glossam observavit Illustrissimus Elector Saxoniæ D. AUGUSTUS, & facultatem pœnam mortis mitigandi ac in aliud mortis supplicium convertendi, magistratibus merum imperium habentibus expresse adimit *in ord. provinc. de Anno 1555. sub tit.* Daß Peinliche Sachen dadurch das Leben verwirckt ꝛc. in fine. Derohalben verordnen und wollen Wir / daß nunmehr in Unserm Lande / weder die / so Ober-Gerichte haben / noch die Part solche Ubelthat ohne Unsere außdrückliche bewilligung oder nachlassung zu einiger Geld oder andern Straffe kommen lassen sollen. Non dubitat tamen *Magnif. Dominus Carpzov. in pr. crim. part. 3. quaest. 150. n. 69. 70 & 71.* §. 16. sin aliqua probabilis mitigationis causa existat, quin severior pœna ultimi supplicij, qualis est rotæ, culei, ignis &c. in mitiorem gladij pœnam à magistratu merum habente imperium converti possit; Ex causâ enim sufficienti & probabili ac intrinsecâ pro ratione & modo ipsius delicti, ut & pro qualitate & conditione personæ delinquentis, si ea delictū minuat vel pœna ex legibus variari possit, pœnam temperari ac mitigari posse, concludit *ex l. si quis aliud 38. § 9. absentem. ff §. fin. l. perspiciendum 11. §. delinquitur 2. ff. de pœn. l. auxilium 37. ff. de minor l. 1 §. ult. ff. ad leg. Corn. de fals.* & statim his subjungit, cur ergò ultimi supplicij pœna ex causâ quadam urgente, in aliam ac mitiorem mortis pœnam commutari haud queat, se certè non videre. Hanc tamen cautelam insimul annectit, ut cum ad veram causæ dijudicationem exacti judicij acumen requiratur, libero magistratus inferioris arbitrio neutiquam relinquatur, an causam aliquam ad commutationem ejusmodi sufficientem

 exi-

existimaverit, ne forsan ex perversâ animi libidine temerè leges contemnere judici ansa & occasio detur, sed Electoralium Scabinorum vel aliorum collegiorum juridicorum Sententia desuper imploretur, eaque postea executioni mandetur, suamque opinionem certo quodam statuminat praejudicio.

§.17. Jus enim immutandi ac mitigandi pœnas, illis demum competit judicibus, qui de jure respondent, & supplicia adversus reos decernunt. Unde sequitur, magistratus, qui merum imperium seu altam jurisdictionem tenent, irrequisito Scabinatuum & collegiorum juridicorum consilio, in terris Electoratus Saxonici & alibi quoque, reis delinquentibus pœnam capitalem nec irrogare, nec facultatem pœnam hancce immutandi ac minuendi sibi vendicare posse. Quod & sanctioni Carolinæ convenit, quæ mitigationem pœnæ à Scabinis & Jurisperitis petere eorumque judicium desuper implorare præcipit. *art. 160. 169. 171. 219. Ordin. Crim.* In pœnis verò corporalibus, quæ corpus quidem affligunt, sed mortem non afferunt, existimat *prædictus Dominus Carpzovius*, quod & magistratus inferior fustigationis pœnam remittere ac in mitiorem pœnam commutare valeat, cum fustigatio æquè ac relegatio, aut mulcta pecuniaria pœna arbitraria sit, *secundum Bart. in l. quid ergò. 13 §. Pœna gravior. vers. quæro ff. de his qui notant. infam. & in l. hodiè. 15. ff. de pœn. ubi Matth. Wesemb. in parat. num. 3. Nicol. Reusner. lib. 2. decis. 16. num. 3.* Assertionem suam stabilit *ex constit. Elect. 8. p. 4. in verb.* Daß er also denn willkührlich / als mit Faust abhauen / Staupenschlagen / Verweisung / Gefängniß / oder einer Geld-Buße möchte Gestrafft und Verurtheilet werden. *Carpzov. pr. Cr. p. 3 q. 150. n. 75.* Item in pœnis civilibus, qualis est relegatio, carceris pœna, & mulcta pecuniaria; quod magistratus inferior, cui merum competit imperium, hasce pœnas facinorosis reis remittere aut mitigare possit, *attestatur idem Carpzov. d. l. n. 85. cum præjudicio Scab. Lips.*

§.18. Hæc omnia si penitiùs introspiciantur nullo modo vel non tutò autoritate propriâ sed ad informationem per JCtos factam & secundum præscripta legum fiunt, ideoque etiam in hoc differunt, ut judices quidem inferiores autoritate legum, Principes verò nullo habito illarum respectu ex proprio motu & potestate summâ pœnas mitigare & remittere possint.

§.19. Erit ea propter ultima & X. Concl. Omnes judicum inferiorum mitigationes & remissiones, tàm pœnarum ultimi supplicij, quàm corporalium & civilium nisi certis suffultæ sint legibus, sunt nullæ, impertinentes, ipsisque judicibus periculosissimæ.

POSIT. III.

§. 1. Potestatem illam summam, quam Princeps in remittendis & alleviandis pœnis habet, approbat & suffragatur quasi, quod præprimis justitiæ distributivæ conveniat, ut quandoq; venia detur, vel commutatio pœnæ capitalis fiat in pecuniariam, juxtà quam in causis rationabilibus delictum pro re natâ condonari vel puniri potest. *Nathen. de fuln. Just. part. 1. tit. 3. c. 9.*

q.c 9.& refert Bachov. in notis ad VVesenb. de pœnis lit V. remissionem pœnæ in furti delicto sine vitio fieri posse, cui adstipulari videtur *Dominus Carpz. in Jurispr. for. p 4. const. 32. def. 17.* asserit enim, quod judex furi prius pœnitenti & parti læsæ satisfacienti veniam pœnæ concedere possit, non tamen ut omninò à pœna eximatur, sed quod extraordinariâ vel relegatione vel carcere vel fustigatione puniendus sit, *prout docet in def. præcedenti 16.* ubi insimul declarat textum juris civilis, quod fur, quantumvis pœnitens, non mereatur veniam, quia id verum dicit de pœnâ dupli, quæ est de jure civili, quæ pœna non erat capitalis. Huic calculum suum adjicit *suprà nominatus Dominus Decherus Promotor & Patronus meus colendissimus d. l. concl. 45. n. 38.* pro confirmandâ suâ sententiâ *ex Gomezij 3. resol. 10. n. 38.* adducendo. §. 2.

In criminibus, quibus nulla certa pœna, aut quidem aliqua, at aliquantò severior, & legibus tantùm humanis præstituta (velut in crimine furti & venationis ferarum) Princeps pro variatione circumstantiarum delicta purgantium, sine periculo animæ, clementiam suam exercere potest. In delictis autem lege divinâ severè prohibitis neque Principis, neque ullius, cujuscunque etiam sit potestatis, est, pœnam remittere *arg. Lev. 19. vers. 15. Deut. 25. vers. 1. & seqq. Sam. 15. vers. 9. &c.* Nam jus divinum in his delinquentes expressè morte punire jubet. *confer. Niell. Disput. 11* nec mortis supplicium in his absque causâ sufficiente tolli potest. *Petr. Heig. part. 2. quæst. 24. n. 30. & seqq. Petr. Theodor. in colleg. crim. disp. 10. th. 7. lit. B. Hanon. disput. polit. 9. thes. 13. Christoph. Besold. disp. polit. 3. class. 1. thes. 14.* Lex divina enim omnem transcendit potestatem magistratus, *Lactant. lib. 5. de vero cultu.* Ex his dictis colligitur §. 3.

I. Conclusio. In homicidio doloso, deliberato & consulto reis venia & pœnæ remissio indulgeri nequit. *Crabetus 6. 1. cons. 2. Farinac. d. l. q. 6. n. 15.* Nec Imperator nec Princeps ex plenitudine potestatis manifestum & dolosum homicidam à supplicio mortis liberare possunt. *Petr. Martyr. locor. comm. Class. 4. loc. 14. num. 1. & multis seqq. Thom. de Aquin. 22. quæstion. 67. art. 4. & 12. quæst. 10. Fer. Vasquius lib. 1. illustr. controvers. c. 27. n. 2. Ægid. Boss. in pract. tit. de remed. ex solâ clementiâ Princ. n. 42.* dum illis integrum non est contra jus divinum dispensare, sine ratione scilicet, quæ ex jure Divino vel naturali sumitur. *Jason. in l. cunctos populos. num. 48. vers. communiter concluditur. C. de summâ Trinit. Plotus cons. 78. n. 27. & sequenti.* quod ampliatur *apud Zilet. tom. 2. cons. crim. 73.* quod Imperator non possit facere gratiam homicidæ, qui aliquem deliberato animo occidit, etiamsi adesset pax occisi. Imò nominatim hæc misericordiæ species improbatur *Deut. 19 v. 8. Hebr. 10. vers. 28. & Gen. 9. v. 5. 6.* unica expiationis forma ponitur, videlicet sangvis ejus, qui sangvinem fudit: quæ & prima & antiquissima de vindicandâ interfecti nece lex à DEO Opt. Max. promulgata fuit.

Ideò Princeps homicidæ gratiam faciens caveat sibi ne cum Achabo, Regem Benhadad morte dignum & in ipsius potestatem redactum, non §. 4.

 occi-

occidente, terribilem Prophetæ vocem audiat. Quoniam virum morte dignum dimisisti, erit anima tua pro animâ ejus, & populus tuus pro populo ejus *3. Reg. 20. in fin.* Quod probè secum perpendit Stephanus Poloniæ Rex, de hoc enim refert *additionator ad Beseldum in thesaur. pract. lit. R Verb.* Raubschlösser. Eum consvetudinem illam pravam & legibus divinis contradicentem, quâ nobilibus hominem occidentibus, certâ pecuniâ cadaveri impositâ, pœnam redimere licuit, abrogasse, ratus forsan privilegia hominum ad id non prodesse; ad quod faciunt quæ tradunt *Covarruv. lib. 2, var. resolut cap. 10. Clarus § fin. q. 30. num. 12.* ubi quod Covarr. de homicidio proditorio dixerat ad deliberatum extendit. *Consf. 5. miscell. 13. Tiber. Decian. in praxi crim. lib. 6. cap. 28.* præsertim *num. 16.* ubi tamen videtur fluctuare, dum initio de homicidio deliberativo & ex insidiis facto, mox disjunctim loquitur. Et novissimè *Petrus Sarpus de jure Asylorum. cap. 5. vers. it. quoq; qui insidiis, vide & Clarum in § homicidium.* Egregium certè factum & regiâ majestate maximè condignum! Istiusmodi enim consvetudines & singula ejusmodi farinæ statuta, pœnam pecuniariam inducentia, invalida esse *dicit Lucas de Pen. in l. si quis, n. 34. C. de desertor.* Idem quod docet *Barbosa in cap. referentem & fin num. 2. & 3. X. de delict is puer. Marsil. sing. 665.* Et ita judicatum reperimus *apud Carpzov. part. 4. constit. Saxon. 9. def. 6. & 7.* quod statutum non valeat, hujusmodi reos à morte eximens.

§. 5. Nec obstat favor sanctorum locorum, quibus, si ad ea delinquentes se recepissent, etiam homines sancti hanc reverentiam quandam exhibuerunt, ut iis jus Asyli salvum, reosque inviolatos esse voluerint, veluti *Concilio Toletano 5. Can. 8.* potestas illa remittendi pœnas facinorosis à patribus concilij Principibus permittitur; Asylorum quoque jus ex lege Mosaicâ manans ab ipsis Ethnicis religiosè habitum & in Ecclesiâ novi Testamenti à conciliis & Patribus similiter retentum fuit. *Exod. 21. v. 13. Deut. 19. v. 2. & seqq. 2. Macchab. 3. v. 3. & 4. vers. 33. & seqq. Jos. 20. vers. 1. Augustin. lib. 1. de civit. DEI cap. 4. c. definivit. c. id constituimus. c. miror. c. reum. 17. quæstion. 4. tot. tit. C. de his qui ad Eccl. confug.* Ad hæc enim responderi potest, solitos fuisse Principes criminosis veniam tribuere non indistinctè, sed his tantùm, qui imprudens seu inconsultum homicidium perpetrârant, aut quibus ex justâ aliquâ causâ pœna legis ordinaria minuenda videbatur. Nam dolosi homicidæ & facinorosi poterant etiam abstrahi ab arâ & occidi, ex ipsius divinæ legis præscripto, & Regis Salomonis & Jojadæ Pontificis exemplo. *Exod. 21. vers. 14. Deut. 19. v. 11. & seqq. 3. Reg. 2. v. 28. & 31. Reg. 11. v. 15. & seqq.*

§. 6. II. Conclusio. Nec blasphemis ulla gratia est impertienda, iis scilicet, qui immediatè DEUM blasphemant; cum jus divinum simpliciter morte puniri jubeat eum, qui nomen Domini blasphemaverit. *Lev. 24. v. 16.* Quod juxta præceptum Domini in personâ filij cujusdam mulieris de tribu Dan, quem de viro Ægyptio pepererat, ita factum, & blasphemantem ob unicam blasphemiam lapidibus obrutum fuisse, *narrat ibidem Moyses, Dan. Mollr.*

Moller. ad constit. Elect. 1 part. 4. n. 5. Et quis quæso contra DEI mandatum blasphemanti in crimine tàm horrendo nefandissimo ac fœdissimo, cui nullum aliud crimen æquiparari potest, *Gilhausen in arbor. judic crim. cap. 2. tit. 1. n. 6. Prosper Farinac in prax. crim. lib. 1 tit. 5. quæst. 20. n 4 & seq. Menoch. lib. 2. arbit jud. quæst. cent. 4. cas. 375. n. 23.* & ob quod DEUS severissimè homines punivit, quin imò etiam integra regna delevit, & in alium transtulit. *Nov. 77. c. 1. §. in verb. propter talia enim delicta & fames, & terræ motus, & pestilentiæ fiunt. Nicol. Boer. decis. 701. n. 3. & 4. Didac. Covarruv. in c. quamvis 2. de pact. in Sexto part. 1. §. 7. n. 16. & seq. Recess Imp. VVormat. de Anno 1495. tit.* Königliche Satzung von den Gottes-Lästerern. *Rescript. Torgens. Elector. Saxon. de Anno 1583. tit.* von Gottes-Lästerungen, gratiam facere & pœnam promeritam remittere vellet? III. Conclusio. Nec Sodomitis, qui §. 7.
Sodomiam contrà naturam committunt, sed debita severitate, DEO *Levit. 20. vers. 13.* id jubente, in illos animadvertatur. Omnium enim detestabilium detestabilissimum est, hujusque peccati indignitatem, & fœdam malignitatem in cœlum usque clamare, & inde sui vindictam exposcere, ipse autor naturæ DEUS ter opt. maximus dicit. *Gen. cap. 19. vers 13.* hocque flagitium adeò execratur, ut ob id sæpe immittat in filios illos diffidentiæ fames, pestes, bella, inundationes, atque alias id genus plagas generales, *cap. clerici 4. de excess. Prælat. cap. ut clericorum. 13. de vit. & honestat. Cler. Nov. 77 & 141. c. flagitia. c. usus. 32. quæst. 2. Jodoc. Damboud in prax. rer. crim. cap. 98 V. vi opin. 226 n. 1. & seq. Petr. Caball. resol. crim. cas. 16. n. 1. & seqq. Ægid. Boss. in tit. de stupr detest. & c n 1 Ludovic. Peguer. decis. 75. n 1.* Optimè exinde Impp. Constantius & Constans exclamantes, & irascentes tantæ turpidini, ex justitiæ Zelo in hæc verba prorumpunt. Jubemus insurgere leges & armari jura gladio contra hujusmodi facinorosos homines, qui audent naturæ ordinem pervertere *in l. cum vir nubit. 31. C. ad leg. Jul. de adulter.* Quorum vestigia premit Carol. V. Imper. per certam sanctionem in quâ reos Sodomiæ vivos concremari jubet, *in Ordin. crim. artic. 116.*
IV. Conclus. Nec facilè ac citrà gravissimam causam parcet adulteris; juxta sanctionem pœnalem, quæ legitur *Lev. 20. vers. 10.* Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera, & repetitur eadem *Deut. 22. vers. 22. & versu subs. 23.* Extenditur etiam ad sponsam in domo patris fornicantem. Sic jure Romano quosvis adulteros ultimo supplicio §. 8.
per l. quamvis C. de adult. & Novel. 134. cap. 10. afficiendos esse, testantur *Bonifac. de Vitalin. in tit. de adult. n. 8. in fin. Petr. Gregor. in Syntagm. Jur. univers. lib. 36. cap. 6. n. 5. Menoch. de arbit. judic. quæst. cas. 419. Vincent. de Franc. decis. 240. num. 5. part. 2. Damboud in pr. rer. crim. cap. 89. num. 5.* §. 9.
Idemque obtinet in Electoratu Saxoniæ, & tàm strictè animadvertitur in delinquentes, ut in omni specie adulterii (excepta fœminâ solutâ maritum admittente) *Berlich. p. 4. concl. 27. num. 16. & seqq.* qui idem tradit de so- §. 10.

luto cum uxore alterius rem habente *per d. c. 10. num. 35. cum Beust. p. 2. connub. cap. 17. Heigio pag. 2 qu. 29. num. 19. & Julio Claro § adulterium. num. 2.* cui calculum etiam addit *Carpzov. p. 4. Constit. 15. defin. 2. & 5.* pœna sit capitalis ac ultimi supplicii. *Videatur* Landes-Ordnung *de Anno 1543.* Kirchen-Ordnung *fol. 98.* Johann Schneidewein *ad tit. Instit. de nupt. rubr. de divort. num. 26. Joach. à Beust. in tract. de connub. p. 2. cap. 18. vers. hodie verò pœn. Petr. Theod. in colleg. crim. disput. 6. thes. 3. lit. L. Petr. Heig. part. 1. quæst. 29. num. 72.* Quam dispositionem denuò *de anno 1572.* D. AUGUSTUS Elector Saxoniæ in constitutionibus suis confirmavit *constit. 19 pag. 4 in verb.* Dieweil wir dann &c. & posteà verbis clarioribus *in fin. §.* Es sol oder *vid. Daniel Möller ad Const. Elect. 19. num. 3. part. 4. concl. 27. n. 31. & seqq. & Carpz. ibidem, Legatur etiam Ordin. Matrim. de Anno 1625.* von Ehesachen *punct. 4. vers.* Da einer eines andern Weib beschläffet &c.

§. 11. V. Conclus. Nec veneficis, Sagis, flamiis, & nulli qui sortilegium exercent. Hos enim ultimo supplicio puniendos esse liquet ex Jure divino *Exod. cap. 22. vers. 18. Levit. 19. vers. 27 31. & seq. cap. 20. vers. 6. & seq. Deut. cap. 18. vers. 10, 11, 12. 4. Reg. 17. vers. 4. & seq. Jerem. cap. 15. v. 4. cap. 19. vers. 5. vide George* Gödelman *in tract. de Mag. & venefic. lib. 3. cap. 11. num. 6. & seqq.* Item ex jure civili, § *item lex Cornelia de Sicariis 5. sub fin: vers. eadem lege, Instit: de public: Judic: l. cæteræ 4. § 1. ff. fam. ercisc: l. nemo aruspicem 5. § fin. vers. etenim supplicio capitis l. nullus aruspex 3 in med. vers. illo aruspice l. multis magicis 6. sub fin vers. si verò convictus fuerit C. de malef. & mathem. l. ejusdem legis 3. § legis Corneliæ 5. l. 13 ff ad leg. Cornel. de Sicar. Johann Harpr. in tract. Crim. § item lex Cornel. 5. tit. de publ. judic. n. 253. & seq. Paul Chirland in tract. de Sortileg. quæst 11. n 5* Demum *ex constit. Crim. Car. V art. 109* So jemand den Leuten durch Zaubereÿ Schaden oder Nachtheil zugefügt/ soll man ihn straffen vom Leben zum Tode/ und man soll solche Straffe mit dem Feuer thun.

§. 12. Crimen certè horrendum est, ut meritò hujus asseclæ vocentur hostes humanæ salutis & humani generis *l. etsi excepta & l fin. C. de malef. & mathem.* Inque hoc unico, omnia jam dicta quatuor scelera, quibus contaminati morte puniri jubentur, concurrunt. Homicidium enim 1. ejusmodi Sagæ committunt, dum morbos periculosos, ipsamque mortem aliis immittunt suis incantationibus, proprios infantes Diabolo sacrificant, aliorumque infantes in utero matris occidunt, *ut Bodin. probat lib. 2. Dæmon. c. 8.* 2 Blasphemiam & crimen læsæ majestatis divinæ. *WWesenb. in parat ff. ad leg. Jul. Majestat. in fin. Damhud. d. l. c. 61. n. 9. Joh. Georg.* Gödelmann *in præfat. tract. de Magis. Venefic. & Lamiis n. 1 Althus. lib. 1. jurispr. Rom. cap. 52.* dum nomen DEi blasphemiis & conviciis horrendis afficiunt, DEi beneficia detestantur, filium DEi abnegant, omnia Christianæ fidei documenta relinquunt, Sacramenta Ecclesiæ projiciunt, pedibusque conculcant. 3. Sodomiam; quando libidinem omnium fœdissimam cum Diabolo sæpissime

ſimè exercent: quæ longè deteſtabilior eſt Sodomiâ illâ, quæ contra naturam generis ab homine cum bruto committitur. *Thom. Eraſt. in repet. diſp. de Lam p.73 86.90.& ſeqq. Petr. Theod. in colleg. crim. diſp. 7. th. 6. lit. C.* 4. Adulterium, reverà enim ſunt adulteræ, & tantò tetriores, quantò tetrior eſt, cui ſuccumbunt, nempe Diabolus, *Remig. lib. 1 Dæmonol. cap. 6.*

VI. Concl. Quapropter remiſſio ſive condonatio pœnæ ſtrictè eſt intelligenda, & ſi gratia à Principe concedatur, illa accipienda quoad pœnam corporalem vel pecuniariam Fiſco debitam. *Zaſius ad ff. lib. 48 tit. 23. n. 4.* & taliter gratiati non poſſunt de delicto remiſſo moleſtari, quia gratia Principis delinquenti conceſſa ſervari debet. *l. 1. & per totum C. de ſent. paſſ. l. fin. C. de gener. abolit. gl. in l. 2. in verbo, concedi, C. de in jus vocan. & in c. de his, X de accuſ. Paul. Meren. conſ. crim. divrſ. 90. num. 2. vol. 2. Carrer in pract. in tract. de homicid. verſ. 19. excuſatur, & c. n. 1. Ang. de malef. verbo, nec non ad querelam, n. 75. verſ. quæro an abolitione etc. Plat. cot. in epilo. delict. lib. 1. c. 38. Covarr. var. reſol. lib. 2. c. 10. n. 2.* §. 12.

Poteſt verò Princeps ſupremus pœnam remittere etiam poſt ſententiam & rem judicatam. *Clar. § fin. q. 59. nu. 2. ubi dicit communem, Tuſch. concl. 53 n 2. l. G.* Non tamen extendetur ad intereſſe, quod poſſet pars prætendere, quia eriperet alicui ſuum jus, niſi cauſa ſuperior poſtulet, quando enim Princeps facit gratiam vel remittit delictum & tollit jus tertij, non dicitur uti plenitudine poteſtatis, ſed contrà jura agere; Remiſſio igitur aliter non fit, niſi quoque fiat ſatisfactio parti læſæ. *Lucas de Pen. in l. prædia, ſub. num. 37. C. de locat. præd. civil.* id ipſum teſtatur *Anton. Teſſaur. deciſ. 21. & Farinac. de Inquiſitione quæſt. 6. n. 18. Nathen d. l. part. 1. lit. 3. c. 12. &* refert *Zaſius allegato, ff. libro,* quod remittendi poteſtas Principis quidem procedat in præjudicium Fiſci, non etiam alterius privati, qui juſtè ſuum intereſſe proſequitur, aut damnum refarciri poſtulat ex homicidio, aliove crimine cauſatum, ad quod ei Jus eſt quæſitum, quod illi eripi per Principem non poteſt ſinè magnâ injuſtitiâ, niſi tamen cauſa major, id eſt, publica poſtulat, quâ de re pluribus infrà, *videatur Gabriel 3. Com. opin. tit. de jure quæſito non tollen. Farin. d. l.* Principes verò omnes ſuos actus regulare debent à juſtitiâ poli & fori, *Gail. 1. Obſ. 14. n. 6.* & ſummoperè cavere, ne dilectionem proximi offendant neve tempeſtate potiùs quàm poteſtate utantur. *Zaſ. lib. 2. conſ. 10 n. 7. Vaſq. lib. 1. contr. cap. 1. num. 10 & lib. 2. cap. 51. n. 65.* §. 13.

Nunquam profectò expedit, neq; juſtè aut licitè Princeps facit, ut crimina remittat, quando reus accuſatores habet; qui ſuam aut ſuorum injuriam proſequantur, quoniam Jus illis dicere tenetur, & vindicare pœnâ competenti, intra limites Juſti, injurias illis factas: itemque neq; quando reus tales accuſatores non habet, cæterum crimen eſt tale, ut Reipubl. minimè expediat, attentis circumſtantiis omnibus concurrentibus, illud manere impunitum. Princeps enim tenetur proſpicere bono communi, & illud illæſum, quoad commodè fieri poſſit, con- §. 14.

ſervare

servare. Quando autem ex unâ parte reus haberet accusatores, ex aliâ verò circumstantiæ non leviter, sed graviter postularent, ut delinquenti pœna condonaretur, mortis saltem, aut corporalis ac ignominiæ, propter utilitatem ac bonum non leve Reipubl. Princeps quidem remittere eam partem pœnæ omninò posset, quæ responderet injuriæ ac offensæ Reipubl. bonoque communi factæ: eam verò, quæ responderet injuriæ privatæ, teneretur compensare aliunde iis, qui suam vel suorum injuriam prosequuntur: quoniam illis est satis faciendum, vel criminaliter illos vindicando, ut justè postulant, vel civili quasi pœnâ in illorum commodum id illis commutando, si eam compensationem velint; alioquin gratis erit tale delictum remittendum, quando id postulat commune bonum, præferendo, quod commune bonum efflagitat, vindictæ injuriæ particularis, quam justè alioquin ii exigunt, qui suam aut suorum injuriam prosequuntur. *Molina de J. & J. tract. 3. disp. 48. num. 3. Videatur Johann Baptist. Fragos. de Regimine Reipubl. Christianæ lib. 4. disp. 10. §. 1. sub num. 252. & seqq.*

POSIT. IV.

§. 1. Ad facilitatem veniæ tamen, quæ aliàs in Principe reprobatur *Tusch. concl. 9. lit. F.* Principem invitare possunt quàm plurima, eaque justa: sine consideratione enim justæ causæ veniam ex absolutâ potestate tribuere vix competeret officio boni Principis, & si diversum quid factum sit, non quid factum sit, sed quid fieri debuerit, videndum, *arg. l. sed licet 11 ff.*

§. 2. *de Offic. Præs. Petrus Heig. part. 2 quæst. 24. n. 48.* & quidem 1. *Utilitas publica* prævalet enim publica res privatis, & oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre, *inquit Plinius lib. 7. Epist. 18.* Quantumvis inter mala Reipublicæ evertendæ, pœnarum dilationem & non exactionem referat *Besoldus in tract. de Republ. curandâ, cap. 5.* Negari tamen non potest, quod ratio publicæ utilitatis multa permittat contrà regulas juris. *Surd. decis. 255. n. 11.* Imò præferenda sit cuicunque privilegio, hujusque intuitu multa tolerentur, quæ aliàs non admitterentur. *Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 10, X. de constit.* Inter Canonistas etiam convenit, posse nimirùm Principem remittere criminis pœnam, quæ in satisfactionem Reipublicæ à legibus prodita sit, modo Reipubl. per ejusmodi remissionem injuria non inferatur, sed eidem magna utilitas procuretur; nam utilitas publica multa facit licita, quæ aliàs ob certas causas non sunt licita. *Covarr. lib 3. resol. cap 14 Menoch. cons 507. n. 47. Surdus cons. 210. n. 19. Gail. l. 2. obs. 56.*

§. 3. *n. 4. II. Delinquentium multitudo.* Nam cum non hujus aut illius periculum, sed multorum strages jacet, detrahendum est aliquid severitati, *ut scribitur in c. ut constitueretur in fin dist 50. c. ordinationes 5. Caus 9. q. 1. c. non potest & ibi gloss, 23. quæst. 4.* multitudini enim parcendum c. latores 4. X. de Cler.

Cler. excomm. Prudenter *Seneca lib 1. de irâ.* In singulos, inquit, severitas Imperatoris distingvitur, at necessaria venia est, ubi totus desævit exercitus: quod quidem cum grano salis est accipiendum, severitas siquidem detrahenda à multitudine delinquentium, non autem à præcipuis, primisq; facinoris autoribus, qui debent puniri pro suo ipsorum delicto, & aliorum, ut cæteri metu deterreantur, *l. quoniam 8. C. ad L. Juliam de vi publ. Panor. in c. clericos 3. per text. ibi. n. 4 de cohab. cleric. & muli.* Hinc *Cicero in orat. pro Aul. Cluent. habitâ.* Statuerunt, *inquit*, majores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortione in quosdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, pœna autem ad paucos perveniret. Ita præterito decimo quinto seculo circa annum 25. Principes & Comites Imperij in rebelles & seditiosos rusticos, quos propè *Franckenhusam*, veterem illam Thuringiæ urbem, in monte, quem ex hâc miserrimâ & cruentatâ strage vocant Schlachtberg/funditus prostraverant & in fugam conjecerant, animadverterunt: sumto enim de Thomâ Münzero aliisque hujus seditionis autoribus supplicio, reliquos dimiserunt, eosque in pristinum statum reposuerunt. *Schleidan. de stat. Relig. & Reipubl. sub Carol. V. lib. 5.*

III. Revelatio tractatus & proditionis contra Principem, ob quam quis meritò veniam meretur, *per l. quisquis. § fin. C ad l. Jul. Majest.* *Aliud exemplum in l. 1. Vers. accusatoribus. C. de fals. monet. l. 1. §. 26. ff. de quæstion. Authen. novo jure C. de pœnâ judic. qui malè judic. Heig. p. 2. q. 32. n. 24. & seqq. Petrus Theod. in colleg. crim disp. 10. t. 4. lit. P.* §. 4.

IV. Promissio gratiæ & liberationis reo à Principe facta, eliciendæ confessionis causâ, si enim Princeps, vel alius ab eo potestatem gratiam delictorum concedendi habens, ejusmodi promissionem faciat, minus dubium est, quod illa valeat, & servanda sit. *Teste Jul. Claro lib. 5. sent. §. ult. quæst. 55. n. 7. & n. 9. Prosper. Farinac. in suâ pr. crim. p. 3. q. 81. c. 8. n. 281.* Idque eò magis, si accedat sociorum criminis manifestatio, cujus nominè promissio Impunitatis reo facta, omninò servanda est. *Petr. Heig part. 2. quæst. 32. n. 34. & seqq.* §. 5.

V. Merita beneficiaq; in Rempublic. collata, aut delinquentis aut proximorum & majorum ipsius. De meritis delinquentis habemus textum in sacris pandectis. Jonathas enim Saul Regis filius contra ipsius Regis edictum favum mellis ante vesperum comederat: tamen quia illâ ipsâ die Philistéos devicerat, salutemq; in Israel fecerat, piis populi precibus liberatus est à morte, edicto Regis propositâ, *sicuti scribitur 1. Reg. c. 14.* Demùm de majorum meritis & beneficiis, ut prosint ad dimittendam aut certè leniendam pœnam delinquentis, probatur ex hoc, quod majorum merita ad posteros transeunt: *teste Bald. cons. 355. num. 5. lib. 1. quem refert & sequitur Soc. cons. 48. lib. 3.* Huc pertinet illud quod Thuanus *lib. 56. histor. fol. 635.* de S. Romani capsâ recitat, temporibus scilicet Dagoberti (qui circa annum Christi IↃC XXXII. Francorum regnum tenuit) floruisse vitæ sanctitate Romà- §. 6.

 num,

num, archiepiscopum Rotomagensem, & ipsius Regis cancellarium fuisse, qui cum belua quædam incognitæ formæ & sævitiæ vicinam oram vastaret, infelici exitu cum eâ congressis plerisque, ultrò ad illam, innocentiâ suâ & præsenti DEI auxilio fretus, accessit, & sacris carminibus exantatam, injectâ etiam in collum stolâ innoxiam stitit, & malefico cuidam, quem è carcere productum comitem sibi sumserat, ducendam Rotomagum tradidit; & inde invaluisse, ut in festo Ascensionis, ad celebrandum facti memoriam, maleficus quotannis aliquis, mortem commeritus, sacri collegij Rotomagensis ecclesiæ arbitrio deligendus producatur, qui feretrum S. Romani solenni supplicatione ac pompâ per urbem circumgestet, ac remisso crimine dimittatur. Quicquid autem sit, de compensandis ejusmodi benè meritis, in pœnis corporalibus & arbitrariis facilè locum invenient, sed ad pœnas capitales indistinctè non videntur extendendæ; & non adeò improbanda videtur sententia Machiavelli, qui ita *in tr. de Republ.* scribit; Bona Respubl. non debet cuiquam facinora, præsertim ex Lege DEI capitalia, benefactis & meritis compensare, sed meritis præmia seorsim constituta sunt, & pœnis itidem. Nam si hæc commisceantur, facile ad audaciam & insolentiam prorumpent. Sic Manlius Capitolinus, quamvis conservator Capitolii, ob delictum tamen dejectus è Capitolio fuit. Sic & rectè Horatius ob parricidium ad judicium raptus, malè absolutus fuit.

§.7. *VI. Matrimonii favor.* Jam diu enim in foro Saxonico & aliis in judiciis est receptum, ut præsertim in simplici adulterio pœna aliàs merita remittatur, substitutâ aliâ, si maritus innocens pro uxore adulterâ: vel uxor innocens pro marito deprecetur & cohabitationẽ porrò offerat, quod *D. AUGUSTUS Elector Saxoniæ* confirmavit *in sua constit. 19. p. 4. versu* Wenn die Ehegatten einer/ in verbis, daß also denn/ dem Ehestande zu Ehren/ die Straffe etwas gemildert werde/ der schuldige Theil des Landes ewig verwiesen werden soll. Ampliatur, si facinorosus à puellâ petatur in matrimonium: eam enim reum mortis à pœnâ liberare, constat *per tradita Clar. §. ult q. 98. n. 6. Carpz in pr. crim. q. 149 n. 49. & seqq.* qui primo hoc in casu requirit arbitrium judicis *cum Virgilio Pingizero*, & deinde, ut Magistratus superioris arbitrio committatur,

§. 8. *n. 55.* *VII. Insigne artificium, secundum text. in l. ad bestias, & illa verba; sed si ejus roboris vel artificij, & c. ff. de pœn. & illum text. dicit valdè Alexand. consil. 19. in fin. lib. 7. Gail. lib. 1. obs. 110 n. 4. & de PP. l. 2. c. 9. n. 22. & seq. Mynsinger. 2. obs. 30.* & poterit hæc res ad principem referri *Carpz. pr crim. q. 146. n. 65.*

§. 9. *VIII. Vita antè benè acta.* Si enim aliquis, qui aliàs optimis moribus atque vitæ sanctimoniâ commendabatur, deliquerit, cum eo clementius agendum videtur, cum minor malitia & vix dolus præsumatur. *de hoc est textus elegans in l. non omnes §. in princ. & §. à barbaris. 6. ff. de re milit.* & omninò ratio anteactæ vitæ consideranda est, ad æstimanda metiendaque

fa-

facta dictâve hominum *l. desertorem*, 3 *§. 11. de re milit.* Optimè *Cicero in oratione pro Publ. Syllâ*: Omnibus (*inquit*) in rebus judices, quæ graviores, majoresque sunt, quod quisque voluerit, cogitaverit, admiserit, non ex crimine, sed moribus ejus, qui arguitur, est ponderandum; neque enim potest quisquam nostrûm subitò fingi, neque cujusque repentè vita mutari, aut natura converti, nemo repentè fit summus, nemo repentè turpissimus. *IX. Dignitas*, quæ à judicibus in pœnis dictandis observari debet, quamq; observari jubent leges. Quantò magis itaq; Principi licebit ob dignitatem alicui parcere, vel ordinariam pœnam remittere, positis scil. terminis habilibus: Prius probatur *ex l. sacrilegy pœnam. 6. in prin. ibi, Pro qualitate personæ & iterum in § fin. ibi, pro ut dignitas personæ ff. ad leg. Jul. pec. & l. Pædius. 4. ibi, si sordiores erunt, & iterum l. ult. ibi, si humiliore loco, & ff. de incend. rui. nauf. l. ult. ff de sepulch. viol. aliisq; textib. compluribus.* Quis ergò neget? mitiùs agere posse Principem in pœnis, quæ jure divino præcisè non exiguntur, cum personis honestioribus, & in dignitate constitutis, quam cum ignobilibus, vel aliis personis vilioribus. *Et huc faciunt tradita & allegata à Farinacio q. 26. n. 21 & seq.* X. *Eventus non insecutus.* Nam de jure communi regulariter mitiùs punitur delictum attentatum quàm consummatum, *ut videre est ex l. 1. in pr. ff. de extraordinar. criminib.* Delictum enim attentatum pro consummato haberi non potest, & si fiat, fit ex fictione quadam, non verò secundùm veritatem, proinde si ex lege delictum aliquod certâ pœnâ puniatur, & aliquis hujusmodi delictum conatus fuerit perpetrare, quamvis proximè ad delictum accesserit, tamen nisi perfecerit, non eâ pœnâ punietur, sed aliâ mitiori pœnâ, secundũ qualitatem admissi facinoris. Pœna enim locum non habet in delictis attentatis. *Bar. in l. 1. §. divus ff. ad leg. Cor. de Sicar.* Æquitas etiam dictat, propositum cum actu imperfecto mitiùs puniri quàm cum actu perfecto *l. si fugitivi. C de Serv. fugitiv.* quod ipsum voluit *Specul. tit de accusator. § 1. vers. quid si primo actum fuerit.* cum dicit, quod de consvetudine vulnerans animo occidendi non tamen occidens, non punitur tanquàm homicida, *arg. l. aut facta. §. eventus, ff. de pœn.* Quando verò Lex punit ipsum conatum, uti casus istos enumerat *Od. in l. 1. §. hoc autem, ff. quod quisq; juris. & præcipuè Bolognetus & Dd. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & Cler. Gail. l. 2. de P. P. c. 14. n. 4 & seqq. Menoch l. 2. de A. J. Q. casu 360. Cevall. quæst. 540. aliisq;* in iis, inquam, casibus dubitandum non est, quin Princeps rationem ejus habere, & pœnam à lege conatui dictitatam moderari possit, cum etiam Judici id nonulli tribuant. *Cevall. d. q. 540. n 19. & Mynf. c 3. obs 9.* XI. *Sexus*, qui etiam à judice attendi, & mitiùs tractari debent fœminæ in nonnullis casibus *l. quisquis, §. ad filias. C. ad leg. Jul. Majestat. in illis verbis Mitior enim circà eas debet esse sententia, quas pro infirmitate Sexus &c* quantò magis sexum non absurdè attendere potest Princeps, & miseratione sexus ordinariam pœnam remittere, positis

§. 10.

§ 11.

§. 12.

tamen

§.13. tamen semper terminis habilibus. *XII. Pœnitentia*, præsertim si ex illa speranda sit spes emendationis *c convenientibus 3. caus. 1. quæst. 7 c. fin de divort. Carpzov. pr. crim. part. 3. quæst. 150. n. 2. 3. 4. 5.* & pœnitentem commissi criminis ita pœniteat, ut ad meliorem frugem se convertat: quo casu benignius procedendum. *juxta Hipp. in l. qui falsam. nu. 49 ff ad l. Cornel. de falsi.* Huc facit *l. Imperialis C. de nupt.* ubi Imperator in pr. dicit; Nam ita credimus DEI benevolentiam & circa genus humanum nimiam clementiam, quantum nostræ naturæ possibile est, imitari, qui quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam suscipere nostram & ad meliorem eam statum deducere &c. *& c. ferrum 17. dist. 50.* quod licet pater filiam, quæ in corpus peccaverit, *secundum text. in l. si filiam C. de inoffic. testam.* exheredare possit, si tamen illa ipsa filia ad bonos mores conversa, pœnitentiam dignam egerit, jam non esse jus Patri eam exheredare. *Caball. in Spec. commun. opinion. quæst. 537. num 3. Johann. Petr. Surdus tr. de alimentis, tit. 7. quæst. 1. n. 28.* quam opinionem communem esse fatetur *Covarruv. in c. Raynutius princ. n. 25. licet ipse dissentiat, nec non Petrus Barb. in l. 1. p. 44 n. 45. ff sol. matr.* qui tamen concedit reconciliationem ante factam exheredationem impedire, ne possit pater exheredare. *Conferantur Dd. illi, quos compilavit August. Barbosa in collect. ad l. si filiam. 19. C. de inoffic. testam. consulatur etiam de pœnitentiâ, quatenus relevet, Zasius lib. 1. cons. 13. Berlich. p. 4. concl. 23. & p. 5. concl. 44. num. 6. & seqq. Farinac. quæst. Crim. 124. n. 168. & seqq. Gratian. discept. Forens. lib. 2 c. 202. num. 19. & seqq.* Quicquid igitur sit de pœnitentiâ in foro judiciali, propter pœnitentiam tamen condignam & vitæ notabilem emendationem Principem remittere posse pœnam ordinariam in terminis habilibus, non dubito, & quoties talis casus contingit, puto Principem consuli posse, qui procul dubio poterit æquitatem & hic juri

§.14. stricto præferre. *XIII. Confeßio spontanea*, jus enim civile ipsum in nonnullis casibus, iis, qui seipsos deferunt, & spontè delictum fatentur, impunitatem vel mitigationem pœnæ promittit, *l. un. C. ne tut. vel cura vecti. condu. & authen sed novo jure. C. de pœn. judicus, qui male judica. l quisquis §. ult. C. de Crim. Majestat. l. un. C. de his qui seipsos deferunt. & c. ult. & ibi glo. de furt. & cap. inter. corporalia vers. sanè quoniam, de translat. Episc. c. 3 & ibi glo. 50. distinct. & c. ult. in pr. 82. dist. & simil.* Quia igitur lex potuit in certis casibus confessioni spontaneæ hunc tribuere effectum, multò magis id licebit legi vivæ, Principi. Exemplum celebre est Corocottæ piratæ, in cujus caput Cæsar Augustus præmium statuerat, sed Corocotta semetipsum exhibuit, & præmium, indici sui gratiâ propositum, meruit, *ut ex Dion. Ærod. Bodino refert, Petr. Heig p. 2. q. 31. n. 23.* Et *Arrianus historicus de rebus gestis Alexandri lib. 6. scribit*, Erroris confessionem apud ipsum Alexandrum plurimùm valuisse, nec quicquam ad impetrandam veniam hoc uno apud eum

§.15. fuisse efficacius. *XIV. Carcer*, cum non mediocriter afflictus fuisse videatur,

tur, cui diutinus carcer (*quem malam mansionem vocat JCtus in l. item apud Labeonem 15. §. 41. ff. de injur.*) domus fuit pœna omnium miserrima, & molestissima: ut quæ detentos privare soleat auræ communis haustu, & lucis aspectu, eosque catenarum ponderibus prægravet, ut libertatem rem istam inæstimabilem, *secundum JCtum Paulum, l. libertas. 106. ff. de R. I.* habere nequeant. Et satis est immensorum cruciatuum semel luisse supplicia *l. omnes 23. c de pœnis.* Tantum verò, si quis diutius in carcere detentus est, de pœnâ omnino detrahendum venit, quantum ob diuturnum carcerem passus est; *idque ex ratione d. l.* in quâ tempus carceris computatur in tempore exilij, idem enim obtinet in cæteris pœnis, nam cum pœna carceris pœnam exilij minuat, cur non & cæteras minuet? *Tiraquell. tom. 7. de pœn. temper. c 41. n. 3.* Cum ergò pœna quidem est ordinaria, & in eâ minuendâ nonnullum est arbitrium judicis, multo magis Princeps ob diuturnitatem carceris poterit minuere pœnas. Plurimæ possent adduci causæ, sed facilè supervacaneum videri posset, cum boni Principes non ita passim omnibus gratiam concedant, sed potissimùm in his casibus cognitionem personarum, locorum, temporum & aliarum qualitatum, quæ circumstant, habere soleant. *Decian. in tract. crim tom. 1. lib. 1. cap. 35. n. 93.* ideòque connumeratione plurium hâc vice supersedebimus.

POSIT. V.

Gratia autem vel restitutio ad sui essentiam & substantiam non requirit scripturam, quia scriptura inducitur tantùm ad probationem. *Boss. in tract. crim. sub tit. de remediis ex solâ clem. Princ. n. 54. & seq. ubi plures allegat. Hinc praeunte Parisio vol. 4. cons. 5. n. 60. oritur* I. Conclusio. §. 1. §. 2.

Quia expeditio literarum nihil præstat, nisi respectu probationis, solo verbo Principis perficitur gratia. *Clem. 1. de sepul. & secundùm Archi. & Jo. And. in procemio Sexti, & Bald. in l. humanum 8. n. 6. C. de legibus.* II. Concl. §. 3.

Etiam per supplicationem signatam Principis publicatur & significatur gratia, *teste eodem Parisio cons. 77. n. 12. & seq. d. vol. 4. quod per Rot. in antiq. decis. 87. in tit. de rescript. & per Jean. An. in novell. in princ. lib. 6. confirmat, quanquam idem testantur Gambar. de legato lib. 6. nu. 639. & seq. Gemin. cons. 106. n. 6. ver. in contrarium*, & hic expresse statuit, quod dispensatus ex solâ signaturâ non delinquat utendo gratiâ dispensationis antè expeditionem literarum, quæ tantummodò ad solennitatem probativam de stylo curiæ requiritur. Has tamen literas posteà expeditas dispensato suffragari *existimat Castrens. cons. 345. in præsenti casu, in princ. lib. 1.* cum prius satis deduxerit, quod gratia sit perfecta ante expeditionem, non autem ex expeditione literarum III. Conclus. Utrumque expediri potest ac solet per verbum Fiat! *Tusch. concl. 52. n. 1. lit. G.* sin verò ejusmodi Principis gratia, quo nomine §. 4.

 mine

mine etiam veniat, per literas, ut non rarò accidit, significetur, verbis & clausulis certis quasi corroboratur, quarum quidem formulæ sunt diversimodæ, usitatiores tamen videntur hæ, *Restituimus, Restituimus in integrum, indulgemus, gratiam facimus, restituimus & indulgemus, sive ex indulgentia restituimus, sive restituimus & gratiam facimus.* Et tunc cum restituere & indulgere sint diversa, diligenter advertendum est, quibus verbis restitutio in integrum, & quibus simplex indulgentia concedatur, quia sæpè numero non restitutio in integrum, sed simplex indulgentia conceditur, & sic repositio in pristinum non fit, sed pœna duntaxat remittitur.

§.5. Quam ob differentiam & connexitatem causæ pono IV. Conclus. Gratia Principis facta in literis per hæc verba, *restituimus in integrum, & absq; verbo, in integrum* plenariam secum fert restitutionem; de priori nullum est dubium, & probatur *ex l.1. Ubi Dd, C. de Sent. pass.* de posteriori videatur *glo in.l.1. §.pen. in verbo, eximi, ff. de postul, Aldobran. in tit. quibus modis jus patr. potest. solvitur, § 1. num. 45.* quò aliquo modo referri potest, quod habetur *in l. videamus 38. §. in fabiana, 4 ff. de usur, cum simil.* Nec dicitur quis restitutus, nisi plenariam fuerit consecutus restitutionem, *laté Dec. in l. condemnatione, §. cum verbum restituas. ff. de R. I,* Cui ulterius subjungo.

§.6. V. Conclus. Per verba, *indulgemus & gratiam facimus,* Princeps non restitutionem plenariam, sed simplicem indulgentiam seu pœnæ remissionem concessisse dicitur. De priori loquitur *l. indulgentiam C. de Sentent pass. cum sim.* & in specie *Bonif. Vital. in suâ praxi, tit. de benef. & Indulg. princip.* De posteriori *Felin. in c. inter quatuor, n. 6. ad fin. de major & obed. Oddus de restitut. p. 2, quæst. 91. art. 2.* Rosenthal *de feudis. cap. 10 conclus. 38 n. 83. & Marsil. sing. 246. Rol. à Valle, cons. 41 n. 19. lib. 4. cum concor. Menoch. cons. 103 in 2. dubio num 18. & seq.* & pro hâc Sententiâ facit, quod verbum *Indulgere,* est pœnæ gratiam facere; Item maximè etiam *l. tutor. C. de Sentent pass.* ubi quod prius vocaverat *indulgentiam,* Imperator mox vocat *gratiam,* & passim recipitur, ut verbum, *facere gratiam delicti, sit pœnam duntaxat indulgere,* non delinquentem in integrum per omnia restituere. Nisi dictum esset, *plenam gratiam facimus,* tunc enim *plenariam restitutionem esse* concessam non simplicem indulgentiam, *vide. Felin. in d. c. inter quatuor, num. 6. & Bald. in tit. de pace constant, in verb. de plenitudine gratiæ nostræ. Jason. in posthum. n. 39, C. de bonor. possess. contra tabb. & in l. si tibi decem. §. quædam n. 5. ff. de pact. quibus adde Marsil. de sing. 242. & Rol. d. cons. 45 n 29. Paris. cons. 1 n. 37. Vol. 4. Menoch. l. 5. de præsumt. 46. n. 1. Peregrin. qui alios refert, in tract. de jure Fisci, lib. 5, tit. 2. n 21.* Vel *indulgemus omni modo:* dictio enim illa *omni modo* præcisam habet naturam, *ut habetur in cap. 1 de for. compet. in Clemen. & per Felin. in cap. auditis, column. 4. de præ-*

de praescript. Et facta remissio vel indulgentia per hoc verbum non tantùm pœnam corporalem remittit & indulget, sed etiam omnem infamiam & honoris maculam, quam occasione perpetrati criminis delinquens forsan incurrere potuisset, penitus abolet ac extinguit *Par. d. l num. 16 & 17.* Insuper notetur, quod indulgentia, si cum aliquâ additione concedatur, semper eatenus extendenda sit, quatenus important verba addita. *l. si pater, C. de sent. pass. Dec. tr. crim. lib. 3. cap. 35. num. 87.*

V. Conclus. Verba *restituimus & indulgemus, sive ex Indulgentiâ restituimus, sive restituimus & gratiam facimus*, in literis gratiæ juncta simul, totalem restitutionem indicant. *Farinac. pr. Crim. lib 1. tit. 1. quæstion. 6. n. 32. in fin.* Nec obstat quorundam opinio, qui in dubio indulgentiam simplicem per hæc verba concessam volunt, *per text. fortem in c. 1. de postul. præla. lib. 6.* ubi verba illa, *restituendo indulgeo*, & illa *indulgendo restituo*, pro indulgentiâ simplici ponuntur; attamen cum utriusque vim & efficaciam audiverimus, non video quomodo sumta simul solam & unicam indulgentiam significare possint, nam in beneficiis latissima interpretatio facienda est, *l fin. ubi Bar. ff. de constit. Princ.* & quando verbum aliquod potest importare utrumq;, id est tàm simplicem indulgentiam, quàm restitutionem in integrum, ad restitutionem trahitur, non ad indulgentiam simplicem, *ut post Bart, in l. 1. §. si quis ultrò ff. de quæst. per illum tex & ibi Hipp. de Mars.* Hancque rationem confirmat suo judicio *Oldus de restit. in integr. p. 2. quæst. 93. num. 13.* & quidem per communem conclusionem, quæ habet, quod verba in dubio debent explicari ut significent plenariam restitutionem. *Bar. in l. fin. C. de sent. pass. & in l. 1. § si quis ultrò ff. de quæst. Alex. cons. 95. n. 3. lib. 7. Ruyn. cons. 86. num. 6. vers. præterea dico. lib. 5. per d. §. si quis ultrò. & ibi. gl. & per l. primam in fin. C. de sent. pass & per l. filio, ff. de liber. & posthum.* Et addit, quod ita tenendum sit omninò. §. 7.

Posit. VI.

Occasione præcedentium de effectibus tàm indulgentiæ, quàm restitutionis gratiosæ aliquid dicendum venit, cumque inter se discrepent, longèque alii sint effectus indulgentiæ simplicis, quàm restitutionis gratiosæ. *Dec. tr. Crim. lib. 3. cap. 35. n 45.* certis conclusionibus illos ipsos distinguere operæ pretium erit, & quidem *1. De Indulgentiâ simplici.* Primarium verò effectum indulgentiæ simplicis ponimus *loco primæ conclusionis*, & talis est. Indulgentia simplex tollit executionem sententiæ. *Ita omnes Dd.* nec peculiaribus allegatis, cum per se res clara sit, opus erit hoc loco. Potiùs progredimur ad II. Conclus. Omne quod §. 1. §. 2.

Prin-

Princeps expreſſit per talem indulgentiam conceditur & recuperatur, &
neque plus neq; minus. *Bart. in l. 1. C. de ſent. paſſ. Mynſing. in §. cum au-*
§. 4. *tem, num. 4. Inſtit. quibus modis Jus patr. poteſtas ſolv.* III. Concluſ.
Indulgentia ſimplex operatur potiſſimùm remiſſionem pœnæ corpora-
lis, *text. hâc de re eſt expreſſus in l. 2. C. de ſent. paſſ. & in fin. C. de gen. abolit.*
ubi ad literam. & tunc propriè dicitur indulgentia, cum pœna tantùm re-
mittitur. *Vid. Gloſſa in l. 1. in §. pœna, in verbo, eximi ff. de poſtul. cum con-*
cord. pleniſſimè per Rol. à Valle conſ. 45. num. 2. Perez. in C. lib 9. tit. 51. n 12.
§. 5. IV. Concl. Indulgentia ſimplex lucratur patriæ recuperationem, dum
is, cui ſimplex indulgentia conceſſa eſt, ad patriam reſtitutus intelligitur,
§. 6. *per textus l. tutor l. ſi ademptus l. generalis C. de ſent. paſſ.* V. Concl. Per eandē
deniq; indulgentiam ſimplicem reſtituuntur alimenta, *ut l. is cui, ff. de alim.*
& cib. leg. ubi eſt expreſſum. Specialis enim favor eſt alimentorum *ut vult glo.*
in d. l. Is cui, & dicit *Salyc.* quod legatum alimentorum non tranſeat in Fiſcū,
ſed remaneat apud condemnatum, ſive bannitum, *ut l. in metallum, ff. de his*
quæ pro non ſcript. hab. & certa ratio colligitur *ex alleg. gloſſ.* quia alias
fruſtratoria eſſet indulgentia, ſi alimentorum petitio denegaretur, *arg. l.*
necare. ff. de lib. agn. Peti verò poſſunt pro ſeqq. annis, non autem pro
præteritis, fruſtratorium enim eſſet recuperare vitam ſine alimentis pro
tempore futuro, ſed pro præterito non ſic. Et licet *d. l.* Is cui, mentio-
nem faciat etiam annorum præcedentium, propriè tamen non dicit, quod
is qui ſimplicem indulgentiam impetravit, etiam actionem ad alimenta
de præterito recuperet, ſed dicit, quod hoc recuperat is, qui ex indulgen-
tiâ reſtitutus eſt, id eſt, qui ex gratiâ Principis reſtitutionem conſecutus
eſt; *& ſic textus loquitur* de reſtitutione in integrum gratioſâ, non de
§. 7. indulgentiâ ſimplici. *Oddus d. l. part. 2. q. 97. art. 1.* VI. Concl.
Indulgentia ſimplex, quando ex juſtâ causâ innocentiæ, ſcil præceden-
tis, conceſſa eſt, tunc idem operatur, quod plenaria reſtitutio, *Boſſ. in tit.*
de remed. ex ſolâ clem. Princ. n. 3. in princ. & hæc de effectibus Indulgen-
tiæ ſimplicis. 2. *Sequuntur effectus reſtitutionis gratioſæ,* novis con-
cluſionibus diſtincti, quorum primus Indulgentiæ eſt communis, & con-
§. 8. tinetur. I. Concluſione. Reſtitutio impedit executionem, quia per
omnia reponit bannitum in priſtino ſtatu, in quo erat ante bannum. *Od-*
dus part. 2. q. 100. art. 1. Et quando bannitus captus oſtendit gratiam a
Principe obtentam, debet audiri, & ſententiæ executionem impedit.
Flam. Cartar. in ſuo tract. de execut. ſent. capto bannito, cap. 3. num. 57. &
ſeqq. & ibidem n. 64. & ſeqq. Ubi ex Marſ. in conſil. 55. & conſ. 97 per to-
tum hæc allegat. Secundus effectus itidem indulgentiæ affinis eſſe vide-
§. 9. tur, & habetur ſubſequenti Concl. II. Reſtitutio gratioſa regula-
riter ad omne id, quod expreſſum eſt, trahitur & non ad alia, etiamſi ad
illa

illa aliàs de sui naturâ porrigeretur, si simpliciter concessa esset, *Bart. in l. 1. C. de sent. pass. & in l. fin. n. 1. C. eod. Bonif. de Vital. in suâ pr. crim. in tit. de benef. & indulgent. Princ. per totum & Paris. in cons. 1. vol. 5 & fere per totum in specie sub num. 21. & 37.* Hinc *Salyc. ex l. 3. C. de sent. pass.* ubi restitutus à principe non recuperat nisi quædam bona particularia, vel quotam illorum, *notat*, quod restitutio in integrum limitata limitatum pariat effectum. III. Conclus. Restitutio gratiosa non tantum trahitur ad pœnam, sed etiam ad bona *l. 1. vers. fin. C. de sent. pass.* cujus verba sunt hæc: Restituo te in integrum provinciæ tuæ. Ut autem scias, quid sit in integrum restituere, honoribus & ordini tuo, & omnibus cæteris restituo *Bar. Salyc. in l. fin. C. eod. Nell. in tr. de bannitis 1. part. 3. tempor. q. 4. Paul. Grilland. de relax. carcer. sub tit. de benefic. & indulgent. princ. qu. 1. & q. 3* quod de concessâ simplici indulgentiâ non obtinet, *l. in insulam, C. de sent. pass. & restit.* & restitutionis gratia tantundem tribuit, quantum condemnationis sententia ademit, conveniendo cum fictione postliminii, *l. si quis filio §. penult. ff. de in justo rupt. irrit. testam.* at jus postlimii facit quod omnia sint in pristino statu *l. postliminij, in pr. ff. de capt. & postlim. revers.* & renasci facit illud, quod extinctum fuit penitùs, Ergo, Restitutio à Principe delinquentibus concessa trahitur etiam ad bona, quæ erant ipsius delinquentis ante commissum delictum, non secùs ac si nunquam deliquisset, sed si est facta gratia & restitutio quoad bona, intelligendum est de bonis Fisci, non de alienatis, quæ non sunt amplius Fisci, quando enim actus retrotrahitur, in præjudicium aliorum nunquàm retrotrahitur sed eorum duntaxat, qui actum faciunt, *ut latè Tiraquell. de utroq. retractu in 1. part. §. 1 gl. 10. num. 71* ubi in terminis exemplificat in restitutione, & restitutionem non trahi ad bona alienata & in tertium translata testantur *Dd. Imol. in l. si marito ff. solut. matrim. Paris. cons. 1. num. 21. vol. 4. & cons. 69. num. 196. vol. 3. Grilland. de relaxat. carcer. tit. de benef. & indulg. Princ. q. 4. Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. tit. 13. Boss. de remed. ex solâ Clem. Princ. n. 11. Bursat. cons. 54. num. 12. vol. 1. Natt. cons. 471. n. 1. Brunus de cessione bonorum, q. 15. q. quarta princ.* IV. Concl. In restitutione gratiosâ potest Princeps jubere etiam alienata restitui, cum ex causâ possit alicui jus quæsitum tollere, præsertim si id faciat ex causâ publicæ utilitatis, ex quâ potest delinquenti etiam bona in alium alienata restituere, veluti quando rebellibus remittit gratiâ pacis: Tunc enim si id expressè dicat, potest etiam illis bona in alium alienata concedere, *secundum Roland. cons. 45. num. 33. vol. 4. Clar. in pract. §. fin. q. 59. vers. item quæro.* Quod enim ex causâ publicæ utilitatis, utputà pro bono pacis Princeps restituere possit bannitum etiam ad bona alienata, *ultra præfatos ita etiam tradiderunt Bart. in l. quicunq. n. 4. C. de fide Instrum. lib. 10. Aret. in l. Gallus, §. & quid si tantùm, col. 11. vers. præterea qua ratione, & ibi etiam*

§. 10.

§. 11.

D Socin.

So in. fin. num. 18. Jas. 79. seqq. Gallia. num. 73. Corr. num. 18. [illegible]
& tertiò ff. de liber. & posth. Afflict. in cap. 1. tit. de vasall. decrep. atat. n. [illegible]
& dec. 361. n. 7. Gabr. de jure quæs. non tollen. concl. 2. num. 18. lib. 3. Alc. in
l. plus est in restitutione, num. 7. ff. de verb. sign. Paris. cons. 1. n. [illegible] lib. 4.
§.12 Sed tria, hæc ut locum habeant, requiruntur, 1. ut Princeps expressè dicat,
se restituere etiam ad bona alienata. *Menoch. in cons. 103. in 2. [illegible]*
& ante Menoch. Afflict. in c. 1. tit. hic fin. lex Conradi n. 34. vers. [illegible]
vers. sint ergò cauti, &c. 2. ut hanc expressam restitutionem ad bona alie-
nata idem Princeps concedat propter publicam utilitatem & bonum pacis
& sit ex justâ causâ: 3. Ut eadem causæ publicæ utilitatis & pacis expri-
matur in restitutione, secus si non exprimatur. *Nell. de bannit. in 1. part. 3.*
temp. quæst. 11. Boss. in tit. de remed. ex sola Clem. Princip num 12. Sine causâ
enim expressam restitutionem bonorum alienatorum Princeps [illegible]
non concedere, nec jus tertij tollere potest, talis restitutio quoq; non va-
leret *Bursat. in cons. 54. n. 17 & 18. lib. 1.* Inde etiam in dubio non cen-
setur id facere. *Sarmient. ad l. Gallus §. & quid si tantum n. 63. de lib. &*
§.13. *posth. Peregr. de jure Fisci lib. 5. tit. 2. n. 34. & seq.* Quæ tamen tertius pro
jure Dominij consumsit, imminuit, bonâ fide donavit, ea exigi fuerit ini-
quum, cum ne à bonæ quidem fidei possessoribus debeantur. Maximèq;
id obtinere debet in jurisdictionibus & Baroniis tertio concessis, ne vide-
licet restitutione factâ, concessiones, judicia, investituræ eorum, qui il-
liusmodi territoriis præfuerunt, cum multorum incommodo annihilen-
tur. *Vide l. Barbarius, ubi Dd. præsertim Jason num. 60. cum seqq. de off.*
§.14. *prat. VVesemb. in parat. lib. 48. tit. 23. n. 3.* Quanquam nonnulli [illegible]
quod ex certâ justâq; causâ aggratiatus illorum pretium benè recuperare
possit à Fisco, cum quibus sentit *Bart. in l. fin. n. 7. C. de sent. pass. qui ad*
hoc allegat text. in l. sed & si lege 25. §. item si rem, 17. ff. de petit. hered. Alber.
in l. si debitor. num. 2. ff. quæ. in fraud. creditor. Alciat in l. Gallus, §. & quid
si tantum, num. 123. & 124. Paris. 2 n. 186. vol. 4. Dum modo ipse Fiscus
sit factus locupletior, & non aliàs, *secundum Grilland. d. tit. de benef. &*
indulgent. Princ. in tr. de relaxat. carcerat. quæst. 5. qui cum sit legitimus
& bonæ fidei possessor, ideò pretium rei alienatæ per ipsum eatenus restitu-
ere tenetur, quatenus locupletior factus sit & non aliàs. Nellus *in tr. de ban-*
nit. in 1. parte 3. temporis, q. 6. respondendo ad text per Bart. allegatum in d. §. i-
tem si rem, dicit doctrinam istam Bart. posse esse veram in expressâ ad pri-
stinum statum restitutione, secus in simplici rebannitione, *cui adhæret Fa-*
§.15. *rin in. pr. Crim. lib. 1. tit. 1. q. 6. n. 43. circa finem.* Quemadmodum verò bona
alienata absente causâ, sub titulo restitutionis non continentur, ita etiam
comparatum est cum fructibus, *Gail lib. 2. de pac. publ. cap. fin. n. 28. Zas. ad ff. l.*
48. tit. 23. n. 10. Tusch. concl. 53. n. 12. lit. G. quia bona eo tempore non fuerunt
in dispositione restituti, sed percipientis seu possidentis, argum. revocatæ
donationis, *facit hoc Auth. idem est. C. de hæret.* ubi habetur, quod si quidam
liberi

[illegible]teri sunt fideles, aliqui verò non, portio & hereditas omnium debet esse apud fideles. Et si posteà fuerint conversi, restituuntur reis eorum partes sine fructibus, & ibi hoc expressè notant *Alb. & Salyc. & ita etiam per illum text. tradiderunt, Ang. in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 14. Cuma. n. 13. Alex. num. 21. Socin. jun. n. 123. ff. de lib. & posth. Ant. Gomez. p. 3. tit. 13. de tort. reor. sub n. 38. &c.* Intelligendi verò sunt h. l. fructus consumti, secus se res habet de pendentibus vel collectis extantibus. *Far. d. l. q. 6. n. 44. in fin.* Item de eo, qui plenissimè restitutus, perinde ac si condemnatus non fuisset. Taliter enim restitutus recuperat etiam fructus perceptos *Tasch. d. l. q. 13. Crot. consil. 17. n. 15. Farin. d. l. Bonacos. in commun. opin. 2. part. vers. gratia Principis facta bannito pag. 33. col. 1.* V. Concl. Per restitutionem gra- §.16.
tiosam restitutus recuperat etiam famam, quia si ad ordines & dignitates extenditur hæc restitutio *l. 1. C. de sent. pass.* ordines & dignitates verò infamibus non conferuntur, *ff. de his qui not. infamiâ per totum & l. 1. C. de dignit.* sequitur necessariò, ut ad famam etiam protrahatur: *videatur super hanc legem gloss. Cyn. Bart. &c. Item confer. l. 1. §. deinde adjicit Prætor. ff. de postul.* Et quod procedit de bonis, multò magis locum habebit in famâ, §.17.
quandoquidem fama omnibus præferenda est, & magis omnibus opibus æstimanda, *l. isti quidem, ff. quod metus causa.* Distinguendum tamen est inter infamiam juris & facti: illam quin Princeps *per d. l. 1. C. de sent. pass. succurrente l. fin. §. fin. C. eod.* delinquenti restituere, & ex delicto ei incursam tollere possit, nemo dubitabit, hanc, puta infamiam facti, non ita delebit, quia opinio hominum de bonitate vel de malitiâ alicujus non potest ab aliquo etiam maximo vel supremo Principe removeri: Princepsq; non potest facere, ut homines credant illum esse bonum, quem credunt & credere volunt esse malum, *Abb. in c. cum te, nu. 9. & ibi Felin. n. 10. de re judic.* manentq; ejusmodi delinquentes plerumq; ἀπεχθήματα τῶν βροτῶν, nec macula ita dilui & abstergi potest *Perez. in Cod. lib. 9. tit. 51. n. 7. in fin.*
VI. Concl. Restitutio gratiosa restituit omnia jura, tàm activa quàm §. 18.
passiva, *Salyc. in l. si uno, §. interdum, num 11, ff. de locato. & cum illo Bald. in l. si ademptis C. de sent. pass. Hâc ratione ducti,* quod jura quoq; in numero bonorum existant, *& est textus apertus in l. 2, & 3. ff. de sent. pass.* Quod quidem quoad actiones reales procedere, quoad personales verò minùs, pluribus contendit *H. Zasius in comment. ff. lib. 48. tit. 23. n. 6.* Putat enim quod actio personalis planè sit sublata per deportationem, ut recuperari nequeat per restitutionem, cum obligatio semel peremta non reviviscat, nisi legitimis modis, inter quos non est restitutio: addit, quod hoc modo per fœdera soleant reales quidē actiones restitui per bellum amissæ, non etiam personales, & pro suâ sententiâ ex Quintiliani *lib. 5. c. 10.* litem illam inter Thebanos refert. Cum enim Thebas evertisset, invenit tabb. quibus 100 talenta Thessalis mutuò dedisse Thebanos continebatur, quas donavit Thessalis, quod eorum esset usus commilitio. Posteà restituti Thebani

 à Cas-

à Cassandro conveniebant hujus motui nomine Thessalos, qui negabant actionem superesse. *sed Resp.* quod ex naturâ restitutionis hoc procedat, ut qui restituirus est, patiatur omnia & pro se & contra se in pristinum reponi *l.1. C. de repu* & beneficium prætoris est, ut neq; damno neq; lucro sit restitutio cupiam *l.1. & videlicet ff. ex quibus caus. majo.* Plura in
§.19. hanc partem vide *apud Perez. in Cod. lib. 9. tit. 51. n. 7. 8.* VII. Conclus. Restitutio gratiosa est transitoria ad heredes; possunt enim post mortem banniti, ejus heredes petere illum restitui in gratiam Principis, quod per Principem fieri solet fictione quadam, mortuum nimirum fuisse testabilem, *ut vult Loffr. sing. cons. 8. n. 23. & seq.* & si ipsi visum fuerit, potest cancellatâ & cassatâ memoriâ banni & rebellionis defunctorum parentum ex causâ publicæ utilitatis illorum filios in integrum restituere, ut propterea sint redintegrati ad bona parentum suorum bannitorum vel rebellium. *Ang. cons. 336 vol. 2. & 1. & Bess. mit. in tit. de rest. quæ fiunt à princ. post princ.*
§.20. *num. 2. Oddus de rest. in integr. part. 2. q. 100. art. 2.* Ventilatis utriusq; tam indulgentiæ quàm restitutionis effectibus, quæritur, an per dictos effectus interesse partis læsæ tollatur? & rectè dicitur à S. Ambrosio, relato per Gratianum *in Can. deniq. caus. 14. q. 5.* Si non potest alteri subveniri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum juvari, quàm gravari alterum. In ejusmodi enim casibus non agendum cum judice, sed potiùs cum ipsâ parte læsa, ut pœnam remittat *Videatur Clarus, § fin. q. 59. & Tessaur. decis. 21.* Itaq; in detrimentum tertij remissio non facienda, & ne quidem Principi, cui pœnam publicam remittendi major est licentia & dispensandi. Nam etsi legibus sit solutus quoad vim coactivam, obligat tamen & eum justa lex quoad vim directivam. Potest quidem ex sufficienti & rationabili causâ, ne temerè lædat Rempublicam, & si pars ipsa nolit, vel planè sit obstinata, quo casu ratio dictitat, quod Princeps hoc ipsum arbitrari, & modum ponere possit, *Ant. Faber in Cod. lib. 9. tit. 34. def. 1. Perez. in eundem lib. &c tit. 51 n. 3. vide decisiones Riccy p. 5. collect. 1773.* an Princeps possit facere gratiam delinquentibus parte non concordatâ? & tenet cum affirmantibus, quod possit, ita tamen, ut parti remaneat jus integrum, *adde & collect. 2018. Nathen. de vuln. Just. part. 1. tit. 3. c. 11.* nec dubitare vult, quin in proposito casu, Principis potestas non debeat dependere, neque dependeat à partis læsæ arbitrio & voluntate, quo minùs, illâ concordare nolente, Princeps posset facere remissionem Oritur itaque ex datâ quæstione VIII. Con-
§.21. clus. Interesse partis læsæ neque per indulgentiam neq; per restitutionem, parte non contentatâ & illud justè urgente, absque causa à Principe tolli potest. *Ita gl. in l. venia. & ibi omnes, præsertim Dec. n. 9. C. de in jus voc. & idem affirmasse Isserniam, Paridem de puteo, Bald. & alios, recenset Paris. cons. ... num. 42. vol. 4.* Denique ex hoc quod superiori competat facultas commutandi pœnam post sententiam *Andr. Knichen. de jure territorij cap. 5. num.*

num. 134. & Princeps post rem judicatam pœnas delictorum remittere possit, *docente Peguera decis. 18.* se exserit peculiaris distinctio, de quâ

IX. Conclus. Aliud nimirum est si ante sententiam fiat remissio, aliud si post sententiam. Quod nervosè enucleat sæpius allegatus. *Molina d. le & l. in tr. 3. disp. 48. n. 9. 10 & 11. tenore sequenti* Discrimen est, quando crimina a Principe remittuntur ante sententiam adversus reum datam, & quando remittuntur post sententiam latam, pœnamque sententiâ jam impositam ac judicatam. Quando enim crimina remittuntur à Principe ante sententiam adversus reum datam, censentur omnia condonata, quæ ob illud crimen incurruntur, tàm scilicet pœna corporalis, quàm pecuniaria seu confiscationis bonorum, nisi aliud exprimatur, neque reus manet infamis, esto ob illud crimen infamiæ pœna incurreretur. Quando autem crimina remittuntur reo à principe post latam in reum sententiam, est subdistingvendum, Nam si solum dicat, se remittere id delictum, & nihil aliud addat, solum censetur illi remittere pœnam corporalem, non vero confiscationis bonorum, aut aliam pecuniariam, neque item pœnam infamiæ, si quam ob illud delictum incurrit, neque item redeunt alij effectus, qui per delictum, aut condemnationem sunt secuti: Si verò Princeps, qui delictum condonat, dicat, restituo te in integrum, in provinciam, aut in statum pristinum, vel restituo te in statum, in quo eras ante delictum commissum, tunc etiam pecuniaria omnis pœna confiscationis, aut quæcunque alia, censetur ei remissa, ita ut illi restituenda sint bona omnia illius, quæ apud Fiscum fuerunt reperta: Secus verò, quæ Fiscus jam alienavit, nam hæc non censentur illi condonata, nisi aliud exprimatur. Paucis; Omnia redintegrantur, ac redeunt ad pristinum statum quæ redire possunt, ita habetur *l. 1. & aliis seqnentibus C. de sent. pass. item l. ult. d. tit.* §. 22.

Posit. VII.

Non rarò impetrata Principis gratia revocatur atque rescinditur, si scilicet obtentâ gratiâ innotescat, impetrantem in enarrandâ facti specie nimium parcum fuisse, nec omnes commissi criminis qualitates in supplicibus expressisse, *Vult enim Farin. in tr. crim. lib. 1. q. 6. n. 47.* ut impetrans gratiam de delicto, debeat exprimere non solùm ipsum delictum, sed etiam omnes delicti qualitates, quæ Principis animum verisimiliter retrahere potuissent in gratiæ concessione, si illas scivisset, *secund. Jas. in l. nec damnosa, C. de prec. Imper. Offer. Rom. cons. 449. Et dicit Parisius cons. 1. n. 25 Vol. 4.* quod literæ remissionis condemnationum non videntur valere, quando non exprimitur in illis causa & qualibet facti qualitas, propter quam facta fuit condemnatio *ex Oldr. cons. 12. ad quæstionem. & Abb. in c. super eo de coha. cle. & mul. & Alex. cons. 29. Pendimus hu, col. 2. Vol. 1. & alia adducit Jas. in l. præscriptione, circa fin. num. 31.* Limitat verò supra dicta *Farin. d. l. n. 48.* & §. 1. §. 2.

 putat

putat, quod non omnia tacita, quorum expressio potuisset Principem movere ad denegandam gratiam, gratiam vitient, sed ea solùm, de quibus reperitur jure expressum, quod eis expressis gratiam concessisset, & cum alii ita declarat & limitat *Fel.in c.postulast. col.4 in princ.verfic. declarat etiam de rescript.* quis ad id allegat *Bellam.dec.148 incip.conclusio. extra Rotam & Romam decis.32,tit.de rescript in novis, ad finem.* Ex quibus omnibus sequens eruitur conclusio I. In petendâ Principis gratiâ omnes commissi delicti qualitates, & in specie illæ, de quibus jure constitutum est, enumerentur. Rationem subministrat *Paris.cons 143.n.28 Vol 4.* quia gratia intelligitur subreptitia, si non narretur etiam modus facti, *secundum gloss. & Inn. in cap dilectus filius. Abbas de rescript. quem etiam allegat Old. cons. 308. col. 4.* & idem *Paris.cons.96.n.27.Vol 4 ut & cons.136,n.25.Vol eod.* Gratia obreptitia per ignorantiam obtenta non juvat, quando jus resistit illi *ex notat.in c.gratia de rescript.lib 6. & c constitutus, & c.super literis, eod tit.* Ob- & subreptio verò maximè in gratiosis ipso jure, etiam parte non opponente, gratiam vitiant, *audientiam, 31 de rescript.c.si eo tempore, eod.tit.lib.6. Abb cons.34. num 5 lib 2.*

§.3.

§.4. Hinc II. Concl. In obtinendâ gratiâ omnis ob- & subreptio evitetur quia si gratia Principis est sub- vel obreptitia, nihil valet *Decian, d. l. lib. 9 cap.35.n.91.n.50.& 51.seqq.* Hic notetur, si gratia per literas obtineatur, quod ejusmodi suspicio ob- & subreptionis facili negotio per rescriptum geminatum elidatur. *Paris. cons.1. num.17. Vol.4.* Item per clausulam illam, *motu proprio*, quæ mirum in modum prodest ad confirmationem & validitatem veniæ, remissionis, indulgentiæ, restitutionis, extinctionis criminum & pœnarum, & totius gratiæ: tollit enim omnem obreptionem & subreptionem ac præsumtionem concessionis obtentæ propter importunitatem, & omnem sinistram informationem, ostendens præcisam & deliberatam voluntatem Principis ita fuisse; de cujus effectu *plenè per Felin. post alios in c.ad aures, col.4.& in c. constitutus col. 4. c. postulasti, col. 16. & in c. nonnulli de rescript. Paris d.l.n.18.& n.74. Ant.Gabr.lib.6.tit.de clauf.concl.1. Marta de clauf.p.1. clauf. 73.* Item per illam clausulam, *ex certâ nostrâ scientiâ, & maturâ animi deliberatione*, aufert enim & illa omnem subreptionem & omne obstaculum juris positivi, & taliter ita factum in dubium revocari non potest. *Secundùm Bart. in l.conficiuntur §. Codicilli in pr. ff.de Ju.Codicillor.& cons.196.civitati Camerini, col.2.& Old.cons. 157. Factum tale est col.4.& per Abb. & alios ibi allegatos per Fel. in c. nonnulli, de rescript. n 44 & per Alex.cons.215. Nec arguendi, col.6.Vol.2.& per Fran.de Curt.cons.35. col.4 & cons. 48. col.12.& cons.65.col 7. & per Dec.cons. 198.& pro tenui, col 2. Verf.accedit etiam cum fim.Paris.d.l.n.78* Delinquentes igitur providi erunt in extrahendâ Principis gratiâ, & videbunt, ut cum hujuscemodi clausulis corroborentur & communiantur, quas obtinent, literæ, ne se ponant in

§.5.

§.6.

§.7.

§.8. discrimine. *Cravett.cons.2, Clar in §.fin.q.59. num.9 ,Ver. debes autem.* Quod

si vo-

si verò omnis ob- & subreptio à supplicibus exulet, atque de mente Principis pœnam remittentis, quod voluerit illam remittere, etiamsi esset in Fiscum incorporata, & per eum exacta, certè constet, non opus erit his clausulis, neque ullis literis, quæ aliàs de substantiâ & essentiâ gratiæ non sunt, uti suprà dictum, sed sola constans eaque justa Principis sufficit voluntas. Consultius insuper erit gratiam petenti, ne si forsan aliquid aliud ex iis, quæ de jure veniæ impetrationem reddere possent difficiliorem, commiserit, licet remissionem vel gratiam de hoc obtinuerit, & ejus nomine parti læsæ satisfecerit, illud reticeat, sed specificè exprimat, prout pluries denominatus celeberrimus Dominus Decherus *in d. l. concl. n. 1.* fidelissimè suadet, *ubi insimul ex Damhoud. prax. rer. criminal. de remiss. cap. 47. n. 12.* exemplum allegat de quodam, qui primi homicidij sibi remissi nullâ mentione in supplicibus literis factâ, secundi quoque veniam impetraverat, eâ tamen gratiâ non obstante, nihilominus capite fuit punitus. Simile exemplum habet *Tusch. concl. 56. n. 16. lit. G.* ubi meminit alicujus, qui tacuit gratiam sibi factam de alio homicidio, & dicit ipsum Bononiæ fuisse capitatum. *Idem vult Clarus § fin. q. 59. n. 9.* Effugiendi itaque hujus periculi causâ *III. & ultima* adjicitur *Conclusio.* Gratiatus si habuit aliam gratiam ex alio delicto, debet illius in secundâ gratiâ mentionem facere. Ratio in promtu est, quia extra hoc se suspectum redderet de perversâ & malitiosâ naturâ, quæ freta priori, spe novæ veniæ, ad majora scelera delaberetur. Accedit quod semper acriùs puniendus sit, qui sæpiùs, quàm qui semel tantùm deliquit *l. servos 8. ubi glo. & Bald. C. ad l. Jul. de vi publ. l. capitalium, 28. § grassatores 10. ff. de pœn. Dec. in l. bona 57. num. 7 & 8. de R. J. Salyc. in l. adulter. 5. num. 5. & 6. post gloss. C. de adult.* Beneficia verò in ingratos, quales ejusmodi delinquentes reverâ sunt, dum vitam tantùm non emendârunt, sed etiam mores priores celare gestiunt, & ut cum Imperatore loquar, impunitatem veteris admissi non emendationi potiùs quàm consvetudini deputârunt *l. 3. C. de Ep. sc. audient.* conferre maximè indignum foret; & clarè *ex dictâ l. 3.* colligitur, quod Princeps delicti veniam non debeat illis concedere, qui consveti sunt delinquere, & alia commiserunt delicta. Sive igitur de antiquis delictis fuerit habita vel non habita gratia: & sive gratia habita sit valida vel invalida: & sive delicta fuerint similia sive diversa, nulli dubium, quin semper Princeps solito delinquere difficilior erit in concedendo gratiam. Maximè autem facinora iterata non oportet esse impunita, Ne illud Morionis, quod cuidam ex Regibus Galliæ respondit, Princeps audire cogatur: quum enim Rex de quodam conquereretur, qui homicidij veniam petebat, & diceret: Atqui jam tertium homicidium est, quid ais, inquit, Domine? imò primum duntaxat homicidium perpetravit, tu secundum & tertium. Nam si primi veniam illi non dedisses, unicum illud commisisset: *Philip. Camer. in hor. succis. c. ult. p. 518.* Christianis Principibus

§. 9.

§. 10.

§. 11

mutus

mutuatitia esto ex Senecâ regula, Deo non potest pinguior victima mactari quam homo sceleratus, nec facile ad veniam prolabantur, nisi urgente communi vel summâ justâq; necessitate, aut certe verbo divino vel utilitate publicâ non refragante. *Et quamvis Pan. in c.* [illegible] *de R. I.* [illegible] *l. gaut. 16. q. 7. dicat*, quod melius sit, reprehendi misericordiâ, quam de veritate: tamen si officio suo in distribuendâ justitiâ fungitur, severitatis minimè argui poterit, quippe cum delictis suæ constitutæ sint pœnæ, ha-

§. 12. rûq; vindex, communis boni gratiâ, esse debeat. Coloph[onis] loco quæritur, An gratia expiret morte concedentis? *&* *resp.* quod non, *per* [illegible] *Marc. decis. 512. num. 3. & seq lib. 1. cap.* [illegible] *super gratia, de offic. deleg. in* [illegible] *Dec. cons. 407. num. 17. per Bald. in l. humanum, in fin. de legib.* [illegible] *cons. 83 n. 19 lib. 1. ver. & concesso per viam gratiæ, ubi plures allegat,* [illegible] *tom. cons. 647, Capyc. decis. 111. num. 7. & seqq.* Imò gratia non expirat morte concedentis, ne literis quidem non expeditis, *Tusch. concl. 65 n. 19. & 17.* [illegible] Et tantum hâc vice *DE JURE AGGRATIANDI* dixisse sufficiat; in quo si unum atque alterum minùs ad palatum benevoli Domini lectoris erit, veniam dabit festinationi, meæ tenuitati & hallucinanti, ex communi imperfectitudinis labe; Scilicet in hâc vitâ cum perfectis non agitur, quod etiam vegetabilibus eorumq; fructibus etiam constat. Hinc omnibus malis punicis inest granum putre, nec quicquam sub sole perfectum & absolutissimo naturæ privilegio communitum.

SOLI DEO GLORIA!



